J Zimmermann 1870.

THEOPH. CAR. GUIL. SCHNEIDERI

VIMARIENSIS

DR. PH. ET PATRII GYMNASII HYPODIDASCALI

DE

DIALECTO SOPHOCLIS

CETERORUMQUE

TRAGICORUM GRAECORUM

QUAESTIONES NONNULLAE CRITICAE.

IENAE

IN LIBRARIA CROEKERIANA

MDCCCXXII.

LITERARUM GRAECARUM

AMICIS ATQUE CULTORIBUS.

Agitur in hoc libello:

I. de secunda passivi et medii persona in ῃ et ει.
II. de formis ἵεις, ἵῃς, ἱεῖς, similibus.
III. de plusquamperfecto ᾔδειν, ᾔδη, etc.
IV. de κλεῖθρον et κλῇθρον, aliisque eiusmodi.
V. de formis βασιλέες, βασιλῆες, βασιλεῖς, βασιλῆς, βασιλῇς.
VI. de εἴκασα et ᾔκασα.
VII. de augmento verborum a diphthongo ευ incipientium.
VIII. de ἀνάλωσα et ἀνήλωσα.
IX. de augmento verbi ἀνέχεσθαι.
X. de optativi aoristi I activi formis.
XI. de futuro attico.
XII. de δύο, δύω, δυοῖν, δυεῖν.
XIII. de ἐς, εἰς, ἔσω, εἴσω.
XIV. de ἐχθαίρειν et ἐχθραίνειν, similibus.
XV. de formis πλεύμων et πνεύμων.
XVI. de πράττω, πράσσω et quae sunt huis generis.
XVII. de θαῤῥῶ, θαρσῶ, ἄῤῥην et ἄρσην.
XVIII. de γνάπτειν et κνάπτειν.
XIX. de formis γίγνομαι, γίνομαι, γιγνώσκω et γινώσκω.
XX. de μικρὸς et σμικρός.
XXI. de πλέος et πλέως.
XXII. de adiectivorum terminatione στος et τος.
XXIII. de formis ἀνύειν, ἀνύτειν et ἀνύτειν.
XXIV. de ἄγος et ἅγος, ἀγηλατέω, ἁγηλατέω, aliis.
XXV. de αὔτως et αὕτως.

XXVI. de rarioribus quibusdam ſenariorum formis.

XXVII. de epicis trimetrorum iambicorum formis.

XXVIII. de αἰεὶ, αἶεν, ἀεί.

XXIX. de πολλὸς, μέσσος, ἔσσομαι.

XXX. de ἀπαὶ, διαὶ, ὑπαὶ, ἐνὶ, εἰν et εἰνάλιος.

XXXI. de diaereſi vocalium, imprimis de ἐλεεινός.

XXXII. de omiſſo augmento.

XXXIII. de rarioribus quibusdam epicis ſenariorum formis.

XXXIV. de doriſmo trimetrorum.

XXXV. de aeoliſmo eorumdem.

XXXVI. de hiatus vitandi ratione in univerſum.

XXXVII. de prodeliſione.

XXXVIII. de poſteliſione.

XXXIX. de craſi.

XL. de ſynizeſi.

XLI. de ſynecphoneſi.

XLII. de litera ν paragogica.

Quamvis tragici Graecorum magnos viros nacti ſint editores et criticos, inter quos nomina Brunckii, Porſonis, Hermanni, quem audiſſe glorior, Seidleri, Elmsleii, Matthiae, aliorum ſplendent: tamen, quod pace illorum dixerim, quodque iam alii intellexerunt, futuro editori multa relicta ſunt, quibus tractandis de Aeſchylo, Sophocle et Euripide mereri licet. Et interpretatio quidem nemini fere praeter Muſgravium placuit, quam maxime in poetarum ſcriptis magni aeſtimandam eſſe nemo negabit. Qua neglecta omnes tragicorum poetarum libris operam ſuam tribuentes in verbis modo eorum et dicendi ratione reſtituendis, inque metrorum cura, omnino in critica re, verſati ſunt; quo factum eſt, ut multa, de quibus antea nullum aut anceps iudicium erat, nunc certa et transacta ſint, multa contra, in quibus codicum auctoritatem ſequendum erat, e nimio praeceptorum ac placitorum quorumdam ſtudio corrumperentur potius quam corrigerentur. Et recte quidem nuper ab Hermanno in Aiacis editione maior quam vulgo codicibus fides haberi coepta eſt, qui in praefationis pagina 18 veriſſimum de uſu praepoſitionum εἰς et ἐς, σὺν et ξὺν iudicium protulit, verbis uſus, quae etiam

de multis aliis huius generis valent, et infra communicabuntur. Recte πεῖθου contra atticistarum πιθοῦ idem vir doctus defendit in nota ad Electr. 1003, recte intellexit, dialectum doricam invitis libris inferendam non esse, qua de re conferatur ad Aiac. 619, recte iam antea Brunckius ad Philoct. 1239. ἠβουλόμην atticum quidem, sed tragicis non frequentatum esse monuerat, recte Porso ad Eurip. Phoen. 5 formas ἑλίσσω et εἱλίσσω probaverat, recte denique alia alii restituerunt. At multa supersunt, de quibus aliter quam nunc fit, iudicandum esse arbitramur. Quod de maiore eorum parte, quae subiungam, valere mihi videtur, alia similia in iis tractaturo, quae ad Sophoclis fabulas scribere in animo est.

Ordiamur a multum tractata, a plurimisque in ει mutata secunda in passivo et medio praesentis futurique indicativi persona in ῃ, quo modo in codicibus Sophoclis aliorumque tragicorum atque veteribus editionibus constanter terminatur, exceptis formis οἴει, βούλει et ὄψει, quae e vetere atticismo omnibus atticis librorum auctoribus propriae sunt. Quae passim in libris leguntur secundae personae in ει exeuntis exempla, ex serioris aevi eadem pronuntiatione utriusque diphthongi orta plerumque in pessimae notae codicibus reperiuntur. Praeeunte Valckenaerio Brunckius, qui formam in ει a grammaticis atticam nuncupari commendarique, ab Aristophane, vere attico, servari animadverterat, nonnullorum exemplorum apud tragicos quoque non satis idonea auctoritate nisus, in futuris quidem, repugnantibus codicibus

atticam illam terminationem introduxit. Quem Porso, Hermannus, Erfurdtus, alii sequuti sunt, secundam praesentis quoque in passivo et medio ita scribentes. Qua ratione nuperrime in editione Sophocleae Electrae et Trachiniarum tacite relicta, futuris modo illam formam Hermannus tribuit, argumentis, quibus ductus sit, non expositis. Itaque videmus, quam dubii summi critici haereant, qui a codicum fide recedentes suum sequantur arbitrium. Argumenta autem eorum, qui hac de re scripserunt, Maittairii in dialectt. p. 62 sq. Fischeri ad Welleri grammat. 1. p. 119. 2. p. 399, Koenii ad Gregor. Corinth. p. 49, ex edit. Schaeferi p. 118 sqq. §. 55, Valckenaerii ad Eur. Phoen. v. 576. p. 216 sq., Brunckii ad Sophocl. Oed. reg. 336, Porsonis in praefatione ad Eur. Hecub. p. 4, Hermanni in suae ad eamdem fabulam praefationis p. 25 sqq., Matthiae in gramm. graec. §. 197. 1, Buttmanni in ampl. graec. gramm. §. 87. not. 9. p. 354 sq. haec fere sunt: primum veteres grammatici atticam scripturam esse formam secundae personae in ει affirmant, ut scholiastes ad Aristoph. Plut. 40, Gregorius Corinthius et alii. Quod negari non potest, cum Aristophanem habeamus exemplum aliosque atticos. Tum analogia illam atticam probari formam imprimis Porso in praefatione ad Hecub. p. 4 docere studet. Denique diphthongum ει pro cognata diphthongo poni licere monet Hermannus in praefatione eiusdem fabulae p. 27. Recte, neque ob ipsum usum et exempla improbarem, etiamsi pro illa forma nihil argumentorum afferri liceret. At quamvis in Aristophane aliis-

que vere atticis formam in ει exeuntem servandam minimeque repellendam esse iudico, exceptis fortasse singulis locis, in quibus tragicorum ille sermonem imitatur: tamen ex Aeschyli quidem, Sophoclis et Euripidis fabulis removendam eam, praeter formas illas οἴει, βούλει, ὄψει, quas constanter in libris ita scriptas videmus, arbitror. Cuius sententiae hae mihi sunt rationes: primum omnium ferme et optimorum librorum consensus, pariter atque membranarum Aldinaeque editionis haud exigua fides. Quis enim existimaverit, ut unum certe exemplum afferam, in Sophoclis Trachin. v. 450 ψεύδῃ, 452 ὀφθήσῃ, 470 μέμψῃ, et 471 κτήσῃ, quater communem formam in ῃ, quam ad unum omnes codices tuentur, in atticam contra codices esse mutandam? id quod fecit Erfurdtus. Eadem res in Aesch. Prom. 1008 sqq. Atque hac probata mutatione, in quibusnam tandem fides habenda veteribus libris? Ita latus libidini nostrae aperitur campus. Tum quod aliis grave argumentum est, indicativi et coniunctivi formarum diversitas, apud me quidem non multum valet, cum aliis quoque multis, quae differunt, eaedem formae sint, ut indicativo et coniunctivo in activi ac passivi praesenti tempore verborum in άω, quorum modorum usus tam certus est, ut statim intelligas, uter ponendus fuerit. Deinde in quo summi editores ac critici vehementer peccaverunt, est tragicorum dicendi genus, quod atticum esse oportere iudicantes tragicas fabulas commaculaverunt, licet accurata earum lectio contrarium clare demonstraret. Quot enim epicae

et ionicae formae in senariis reperiuntur. Iam tempus est intelligere, tragicos poetas, qui res oculis subiiciunt a communis vitae consuetudine longius recedentes, graves et rariores, dicendi quoque genus sibi elegisse, quod a vulgari paullum recederet, et multa ex epicis poetis hausisse, qui gravia canentes ipsis praecesserant. Denique si quis existimaverit, recentiorum modo atticorum esse formam secundae passivi in ῃ, quamvis id ipsum de altera contendat Suidas v. ἅπτεσθαι; negari quidem non potest, forma illa eos usos esse, sed concedendum quoque, in communi dialecto regnasse eam, iamque apud Homerum passim reperiri, v. c. Iliad. 1, 160 τῶν οὔτι μετατρέπῃ οὐδ' ἀλεγίζεις. Odyss. 1, 254 ἦ δὴ πολλὸν ἀπ' οἰχομένου Ὀδυσσῆος δεύῃ· cf. Thierschii graec. gramm. §. 221. p. 309. Adde Iliad. 2, 365 γνώσῃ ἔπειτα. 5, 757 et 872 Ζεῦ πάτερ, οὐ νεμεσίζῃ, alia. Unde apparet, formam in ῃ novam non esse, sed ex Homero transiisse in communem linguam, tragicis, quorum tempore altera forma in ore Atheniensium erat, illam retinentibus, Aristophane contra, qui res communis vitae in scenam ducebat, atticorum formam apte usurpante. Vide quae Passovius, censor Elmsleiani Oedipi regis in ephemeridibus literariis Jenensibus 1818, num. 147. p. 260 disputavit.

Cum formarum, quae literis ῃ et ει differunt, mentionem iniecerimus, nonnulla alia his similia addere libet. Et primum quidem de scribenda secunda persona activorum verborum in μι exeuntium ambigitur, qualis est ἵεις, ἵῃς, ἱεῖς. In codicibus

enim veteribusque editionibus plerumque ἵεις, συνίεις et alia composita accentu in paenultima locato scripta leguntur, ita tamen, ut alii libri ἵης, συνίῃς etc. praebeant. Quare anceps est iudicium. Brunckius scribi iubet ἱεῖς, τιθεῖς ab antiquis verbis ἱέω, τιθέω, quae atticis in usu non fuere. Conferatur eius nota ad Philoct. v. 992, ad Oed. reg. v. 628 et ad Aristoph. Lysistrat. v. 895. Cui adversatur Porso ad Eur. Orest. v. 141, formas τιθεῖς, ξυνιεῖς barbarismos vocans, atticisque tribuens τίθημι, τίθης, τίθησι. ceterum exempla proferenda esse, in quibus cogente versu τιθῶ, τιθεῖ, τιθοῦμεν, τιθεῖτε attici dixerint. Itaque exempla doctrinae suae repugnantia correxit, corrigique vult. Sed formas illas contractas, neque atticismo neque barbarismo tribuendas, apud ionicos et doricos scriptores reperiri recte probavit Matthias in gramm. graec. §. 205. 1., quamvis hi ipsi τιθοῦμεν, τιθεῖτε non admiserint. In hac quoque re Porso oblitus est, tragicos non semper esse atticos. Quare ne removeamus illam formam satis graecam, quamvis rariorem, cum apud ionicos modo et doricos auctores, ut iam diximus, legatur, communi et attica dialecto in formis τίθημι, τίθης, τίθησι consentiente. Accentum autem quod attinet, cuius grammatici auctores sunt, in libris 'ΙΕΙΣ, 'ΙΕΙ, similia sine tenore pingi solebant, quae illi propter formam pro imperfecto tempore habita, ἵεις, ἵει, plerumque scripserunt, aliis peioribus libris e solemni vocalis η et diphthongi ει confusione, praesentisque temporis causa, quod requiri librariis illam formam ignoran-

tibus videbatur, ἴης saepissime exhibentibus. Nobis optimos libros sequendum, et, ubi praesens requiritur, ἱεῖς, τιθεῖς, ἱεῖ, τιθεῖ, ubi imperfectum, ἵεις, ἵει scribendum est, ut recte vidit Brunckius. Ita praesens restituendum in Electr. v. 596 ἢ πᾶσαν ἱεῖς γλῶσσαν. v. 1347. οὐχὶ ξυνιεῖς; Oed. reg. v. 628 εἰ δὲ ξυνιεῖς μηδέν; Antig. v. 403. ἦ καὶ ξυνιεῖς καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς. In Phil. v. 992 θεοὺς προτείνων, τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τιθεῖς pro praesenti τιθεῖς habere licet, ut Brunckio placuit, nisi τιθεὶς scribens participium praeferas, quod propter omissam copulam non offendit. Etiam in his Aristophanes atticam formam amat, ut in Plut. 45, ubi libri ξυνίης dant. Ceterum cf. Musgravius ad Eur. Hercul. fur. 710 et Buttmanni amplior. graec. gramm. pag. 524.

Sequitur aliud huic simile, plusquamperfectum ᾔδειν, ᾔδεις, ᾔδει sive ᾔδειν, et ᾔδη, ᾔδης, ᾔδη, quorum alterum ex inusitato perfecto εἶδα, communi plusquamperfecti terminatione ειν adiecta, alterum ex eodem perfecto, addita terminatione ionica εα, quae in η contrahitur, formatum est. Conf. quos laudat Matthias in graec. gramm. §. 193. 4. Tragicis communis forma ᾔδειν, quantum e codicibus colligi licet, usitatior erat, atticis ionicam formam retinentibus. Sic in Sophoclis Oed. reg. 433. 1525. Electr. 1018. 1185. Antig. 18. 447. 448. 460. Oed. in Col. 948. Trach. 87. Phil. 1010, quae fere omnia ex hoc poeta exempla sunt, optimi plurimique libri constanter communem formam tuentur, nisi in Oed. Col. 944, ubi ᾔδη δ' ὅθ' οὕνεκα, et in Trach. 990, ubi ἄρ' ἐξῄδης

vulgaris scriptura est. Quae cum ita sint, noli neque hanc formam ex illa, neque ex hac illam corrigere, ut constantiam quamdam poetarum fabulis inferas. Quamvis enim communis forma crebrius reperitur apud tragicos, ut supra est dictum, passim tamen, sive sit e negligentia factum, patria dialecto invitis poetis se obtrudente, sive de industria, attica iuxta illam servari recte potest.

Transeamus ad substantivum κλεῖθρον, sive κλῇθρον, cuius altera forma, quae frequenter reperitur, ab editoribus in alteram κλῇθρον, tragicis non alienam, plerumque mutata est. Cf. Brunckius ad Oed. reg. v. 1262. Formae κλῄς, κλῄω, κλῇθρον unice atticorum sunt, cf. Koenius ad Greg. Corinth. p. 42, κλεὶς contra, κλείω et κλεῖθρον ad communem dialectum referuntur, quam ut iam vidimus, tragici saepe praeferunt atticae. Quare equidem hancce formam, ubi in codicibus extat, non mutaverim. Salva igitur est in Oed. reg. 1262, salva in Antig. 1186, ubi atticam formam reponere oblitus est Brunckius, salva in Eur. Iphig. in Aul. 345, in Phoeniss. 112. 268, ubi vide Valckenaerii notam, salva in aliis multis locis, dubia autem in Oed. reg. 1287. 1294. Ἀποκλεῖσαι, non ἀποκλῇσαι legitur ibid. v. 1388, κλείσας in Eur. Phoen. 879 Aldus, κλῄσας vel κληΐσας MSS. praebent.

Similis quaestio de nominativo pluralis tertiae declinationis in nominibus, quae in ευς finiuntur. Sunt enim primitivae formae hae, βασιλέες et βασιλῆες, quarum altera, v. c. Θησέες in Platon. Theaet. p. 169 b., altera passim apud tragicos reperitur, ut in

Aiac. 959. ξύν τε διπλοῖ βασιλῆες, ubi trifyllabum eft, ficuti in Aefch. Pers. 581 τοκῆες bifyllabum. Ex illa communis forma βασιλεῖς per contractionem oritur, ex utraque attica βασιλῆς, cf. Choerobofci nota in Etymolog. Magn. p. 473. 57. et cenfor Elmsleiani Oedipi regis in Jenenfibus ephemer. litt. 1818. n. 147. p. 261. Sic hunc nominativum praeeuntibus aliquot libris, Triclinio et Dawefio in mifcell. critt. p. 122. fcribi iuffit Lobeckius ad Sophocl. Aiac. p. 247., et Schaeferus ad Gregor. Corinth. pag. 101, probante Buttmanno in prolix. graec. gramm. pag. 195. Nihilo minus tam faepe reperitur βασιλῆς, ut pro corrupta forma haberi nequeat, quae e communi βασιλεῖς ab Atticis fic formata fit, ut κλῆς, κλῆθρον, κλήω e κλεὶς, κλεῖθρον, κλείω, de quibus modo diximus. Cf. Euftathius ad Hom. Iliad. pag. 50. 18. ἔθος τοῖς Ἀττικοῖς πολλάκις τὴν διὰ τοῦ ε καὶ ι δίφθογγον διὰ τοῦ η καὶ ι προάγειν, καὶ οὐ μόνον ἐν τῷ, ἱερῆς καὶ βασιλῆς καὶ ἱππῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ῥημάτων. Itaque habet, quo commendetur, ut equidem atticis utramque formam et βασιλῆς et βασιλῆς in ufu fuiffe cenfeam. Eadem eft Thucydidis hac in re inconftantia, ut Poppo de elocutione Thucydidis pag. 221 fq. et in farrag. difcrep. fcript. pag. 471 fqq. demonftravit. Tragici autem etiam in his communem formam in εῖς praeferunt, ut ex optimis libris intelligitur. Vide exempla a Brunckio ad Oedip. reg. v. 18 collata, quibus addas Aiac. 189. βασιλεῖς, 863 τροφεῖς, Electr. 1107. 1442 Φωκεῖς.

Accedimus ad cognatum usum formarum εἴκασα et ᾔκασα. Haec quidem licet apud atticos et tragicos reperiatur, tamen etiam altera forma εἴκαζον, εἴκασα etc. bona, neque mutanda est. Itaque in Sophocl. Electr. 662 vulgatam αὐτὸς εἴκασας καλῶς probes, neque Brunckius, Porso aliique in Eurip. Phoeniss. 164 ἐξεικασμένα et 431 εἴκασε corrigere debebant, quae Valckenaerius ad v. 165 p. 54b intacta iure reliquit. Neque in Aesch. Coeph. 631, neque aliis locis scripturae librorum augmento carentes in atticam mutandae erant. Qui de his formis disputaverunt, praeter laudatos hi sunt, Pierso ad Moerin. p. 182. Fischerus ad Welleri grammat. 2. p. 279. Ruhnckenius ad Timaeum p. 95, voce εἰκάζων, Brunckius ad Aristoph. nub. 350. Formae εἴκαζον, εἴκασα εἴκασμαι etc. communi dialecto, ᾔκαζον, ᾔκασα, ᾔκασμαι etc. atticae convenire videntur, licet in talibus limites minus arcti ponendi sint, quam vulgo fecerunt grammatici. Sic e Platon. sympos. p. 259 εἴκασα laudatur, neque Thucydidem augmento usum esse probavit Poppo in elocutione eius p. 226.

Augmenti mentionem cum fecerimus, quae huc spectant, iam tractemus. Et primum quidem de augmento verborum a diphthongo ευ incipientium, pauca dicantur. Quid grammatici iudicent, Popponis observationibus criticis in Thucyd. p. 82 sq. eiusque disputatione de elocutione Thucydidis p. 227 inspectis videbis. Quorum aliis augmentum probantibus, aliis improbantibus, utrumque licuisse, colligere nobis licet. Verbum εὔχεσθαι augmentum in Soph. Trachin.

610 ηὔγμην, 766 κατηύχετο, Antig. 1336 συγκατηύξάμην, in Eur. Hecub. 20 ηὐξόμην etc. accipit, in Philoct. 1020 εὐξάμην, Trach. 16 ἐπευχόμην aliisque locis reiicit. Verbi εὐτυχῶ in Eur. Hecub. 18. ηὐτύχει imperfectum est, v. 1198 autem et 1218 εὐτύχει. cf. Porso ad vers. 1198 et Matthiae graec. grammat. §. 167. 6. ηὐλαβεῖσθ', ὅ τοῖς etc. in Eur. Orest. 738 vulgo legitur, pro quo Aldina εὐλαβεῖσθ' ὅ τοῖς exhibet. In Oed. reg. 982 μητρὶ ξυνευνάσθησαν. Verbum εὑρίσκειν neque in alio sermone, neque in tragico augmentum recipere solet. Nam quod in Antig. v. 406 sola Aldina ηὑρέθη habeat, et in Aristoph. pac. 129 ἐξηυρέθη legatur, corruptelae tribuendum esse videtur. cf. Matthiae graec. gramm. l. l. Certe in hoc verbo augmentum rarissimum est. Exempla vide apud Elmsleium ad Eur. Heracl. 305 et in praef. ad Soph. Oed. reg. p. 12. Cf. Seidlerus ad Eur. Electr. 380.

Formam ἀνάλωσα Valckenaerius ad Eur. Phoeniss. pag. 222 v. 591., Maittairius p. 53., Brunckius ad Aristoph. Plut. 380 et ad Soph. Aiac. 1049 pro attica habent. At recte Hermannus ad Aiacis locum probat vulgatam ἀνήλωσας, quam non tragicis modo, sed aliis quoque atticis usitatam fuisse exemplis docuit Fischerus ad Welleri grammat. 2. p. 285 et 302. 3. a p. 36. Passim etiam in Thucydide reperiri ἀνήλωσα docuit Poppo in elocutione huius scriptoris, p. 226, idemque de Xenophonte, ad Cyrop. I, 4, 5.

De augmento verbi ἀνέχεσθαι disputaverunt Porso in praefat. ad Eur. Hecub. p. 19. ed. Lips. alt., Reisigius in coniectann. I, p. 217. et interpretes ad Sopho-

alis Antig. 467, utramque formam ἠνεσχόμην et ἀνεσχόμην probantes, omnes alias autem improbantes. Quarum altera ἀνεσχόμην (Oed. reg. 1387) secundum regulam, altera ἠνεσχόμην non sine analogia formata est. Duplex enim augmentum etiam in aliis compositis verbis cernitur, de quibus cf. Matthiae graec. gramm. §. 170. pag. 201 sq. et Buttmanni ampl. graec. gramm. pag. 345. At quod in Sophoclis Antig. 467 optimi libri suppeditant, ἠνσχόμην, recipiendum existimo. Sunt enim haud pauca graecae linguae verba, in quibus compositis ante praepositionem ponitur augmentum. cf. Matth. gr. gramm. l. l. p. 201 et Buttmann. p. 343 sq. Inter quae ἀνέχεσθαι quoque referendum est. Formatur enim, ut ἀνσχεθέειν, ἄνσχεο, ἄνσχετος, omisso α, quod saepe in similibus abiicitur. Sic ἠνσχόμην defenditur, neque praesertim apud Sophoclem offensionis quid habet.

Vulgarem optativi formam in αις, αι finitam tragicis et atticis eximendam non esse, exemplis demonstraverunt Schaeferus in meletematibus criticis, pag. 85, Elmsleius ad Eurip. Med. v. 319, atque Erfurdtus in Antigonae min. edit. v. 410 addendisque ad hunc versum. Itaque equidem in Oedip. reg. 843 κατακτείναιεν, quae vulgata scriptura est, servandam duco. De altera forma vid. Valckenaerii diatrib. p. 85. C.

Attici ut constat, in futuro, cuius finis est ἄσω, έσω, ίσω, litera σ eiecta vocales contrahere solent, ita tamen ut syllaba contractioni antecedens neque per se, neque per positionem productam vocalem ha-

beat. Non enim αἰνῶ, ἀρκῶ ac ſimilia dicuntur pro αἰνέσω, ἀρκέσω. Quod etiam apud tragicos factum eſſe videmus. Vid. Brunck. ad Soph. Oed. reg. 1381 232. Noli tamen, ubi vulgaris forma in libris legitur, atticam inferre, quod ſibi permiſit Elmſleius in Oed. reg. 538, γνωριοῖμι pro librorum ſcriptura γνωρίσοιμι ſcribens. Nam etiam hic valet illa norma, tragicos non ſemper eſſe atticos. Neque prorſus improbare apud hos poetas communem formam videtur Hermannus, qui ad Aiac. 557 haec dicit: Videndum tamen, ne tragici forte interdum etiam communi forma futuri uſi ſint. Sic in Phil. 1452 καλέσω, quamvis in anapaeſtico verſu et fortaſſe coniunctivus ſit.

Tragicos forma δύω, quae atticis uſurpata fuiſſe a Daweſio in miſcellan. criticis pag. 358, Valckenaerio ad Eurip. Phoeniſſ. pag. 220. v. 585, Brunckio ad Ariſtoph. ran. 1405 et a Porſono ad Eurip. Oreſt. 1550 negatur, rarius uſos eſſe videmus; ut Antig. 55. Phil. 539. Eur. Elect. 1035. Cycl. 396. aliisque quibusdam locis. Synizeſis conceditur in δύω, ut in Antig. 55, et in δυοῖν, ut in Oed. reg. 640. cf. Hermanni elementa doctr. metr. pag. 53. Mirum quidem, quod nuſquam apud tragicos, quod ſciam, δύο ex metro in δύω mutandum ſit. Sed cum caſu factum eſſe poſſit, ut multa alia, etſi magis de δύω dubites, non tamen pro falſo habeas neceſſe eſt. Ceterum ex antiqua ſcribendi ratione (ſimiliter πόμα vulgo ſcribitur perperam pro πῶμα) conſtans hic manſiſſe videtur literae omicron in hac voce uſus, ita tamen ut forma δύο certiſſima eſſet. Ubi pro δυοῖν,

δυεῖν; quae ipſa uſitata et proba forma, (Oedip. reg. 1280 et aliis locis) in peioribus libris legitur, δυοῖν non abiecerim. Sic in Trachin. 943, ubi optimi libri δυοῖν exhibent. Plura de communi Thucydidisque uſu attulit Poppo in elocutione Thucydidis p. 225 ſqq. de eo tragicorum diſputaverunt Seidlerus ad Eurip. Electr. v. 95, Elmſleius ad Eurip. Med. v. 1256.

Ut initio diximus, ab Hermanno auctoritatem codicum in formis εἰς et ἐς, quantum per metrum licet, recte obſervari, ita in cognato εἴσω et ἔσω idem faciendum est. Plerumque enim εἴσω damnantes, ἔσω inferunt editores. Perperam. utraque enim forma apud tragicos reperitur, Ariſtophane ἔσω ut videtur, repudiante. Vid. Reiſigii coniectt. I. p. 317. In Sophoclis Trachin. e codicibus reſtituendum εἴσω eſt vv. 202. 492. 695. 902, et breviore forma ἔσω certa, ut v. 536, ſaepe, et productiore εἴσω, ut v. 869. Vid. etiam Elmſleius ad Eur. Med. v. 88, idemque de ἐς et εἰς in praefat. ad Soph. Oedip. reg. pag. 12 ed. Lipſ. adque Eurip. Med. v. 55.

Praeter formam ἐχθαίρειν, quae frequens eſt et attica perhibetur, apud tragicos altera extat, ἐχθραίνειν, a Porſone ad Eur. Oreſt. 292 et ad Medeae v. 555. tamquam male ſonans damnata. Neque equidem nego, vere atticos fortaſſe rarius illa uſos eſſe, ſed apud tragicos aliquoties reperitur, ut pro corrupta habere eam non liceat. In Aiac. 679 vulgata ἐχθραντέος eſt, in Antig. 93 ἐχθρανῇ, in Eur. Med. 555 ἐχθραίνων, quae forma gravior eſt et a vulgari atticorum ſermone alienior. Quare tragicis non diſplicuit. Altera tamen

reperitur in Aiac. 458, Electr. 1034, Phil. 59 aliisque multis locis, qui ipse huius formae frequentissimus usus rariorem illam probare videtur. Neque in prosaici auctoris, multoque minus in poetae volumina unica forma inferenda est, ubi duplicem in usu fuisse, neque a singulis auctoribus alterutram improbatam esse grammatica et codices docent. Porso ad Orest. Eurip. 292 iam cum *ἰσχναίνειν* verbum *ἐχθραίνειν* comparavit, illud damnans, *ἰσχαίνειν* contra probans. At removeri formam *ἰσχναίνειν* non licet, tragicis non inusitatam. Cf. Aesch. Prom. 269. 380. Eumen. 267 etc. Vide Blomfieldum ad Aesch. Prom. 277. Recte etiam Erfurdtus ad Aiac. 1316 defendit *ξυνηρετμεῖν* contra Lobeckium, *ξυνηρετεῖν* scribi iubentem. Sic praeter *οἴχεσθαι* invenitur etiam *οἰχνεῖν* in Soph. Aiac. 564, pluresque duplices formas a tragicis iuxta se usurpatas in hac ipsa disputatione et vidimus et videbimus. De *ἐχθραίνω* et *ἐχθαίρω* vide etiam quae Corayus ad Heliodor. 2. pag. 292 et Blomfieldus ad Aesch. Prom. l. l. dixerunt.

Quod ipsum videtur esse in formis *πλεύμων* et *πνεύμων*, quarum alteram viri docti modo pro veteribus, modo pro recentioribus atticis, modo pro plebi atticae usitata habuerunt, alteram hodie veteri atticismo et exquisitiori plerique tribuunt. Cf. Porso ad Eur. Orest. 271, Brunckius ad Soph. Trach. 567. Nobis in tam incertis unica auctoritas optimi libri sunt. Quos cum sequamur, utrumque et *πλεύμων* et *πνεύμων* tragicos dixisse videmus. Optimi enim libri in Trach. 567. 780 et 1056, ut in Aesch. Choeph.

637, πλεύμων, in Aesch. Sept. cont. Theb. 61, Eurip. Orest. 271, Hercul. fur. 1093 etc. πνεύμων tuentur. Utraque forma fuit tragicis in usu.

Idem de πράσσω et πράττω aliisque similibus dictum volo, quae Valckenaerius ad Eur. Phoeniss. v. 406, 1388 et alii recentioribus atticis tribuunt. πράττω in Soph. Antig. v. 564, sed in proximo versu πράσσω, Aiac. 1396. Electr. 1026. Philoct. 1449. Trach. 1158. legitur, ἔλαττον Electr. 998, κρείττων ibidem v. 1465, ἥττων Eur. Hecub. 274 etc. Tamen duplex σ crebrius reperitur quam altera forma, quam Poppo in elocut. Thucyd. p. 210 et in farrag. p. 405 suo scriptori prorsus eximit.

Eadem res in formis θαῤῥῶ et θαρσῶ, ἄῤῥην et ἄρσην, licet critici repugnent, Valckenaerius ad Eurip. Phoen. p. 22, Porso ad Eur. Hecub. 8 et ad Phoeniss. 54. cf. Oed. reg. 1062. 1459, Oedip. in Col. 491, cum aliis locis pluribus. Duplex ρ recentioribus atticis vulgo tribuitur, ut antea duplex τ, neque illos potissimum ita dixisse negari potest. At saepe etiam apud pedestres auctores meliorum temporum reperitur. Cf. quae Poppo in observatt. critt. in Thucydidem pag. 147 et in elocutione Thucydidis pag. 209. exempla contulit, ita ut antea quam putari solet, licet rarius, usurpatas illas formas esse censeam. Similiter in Aiac. v. 1105 ὅλων pro ἁπάντων legitur, qua vi antiquiores attici usi non sunt. Legas ibi praeclaram Hermanni notam.

In Sophoclis Aiac. v. 1031 optimi et plerique libri scripturam ἐγνάπτετ' αἰὲν suppeditant, aliis

ἐκνάπτετ' αἰὲν praebentibus, de quibus formis multi viri docti disputaverunt, quos Hermannus in nota illius versus laudavit. Neque ego sententiae eorum magnopere repugnaverim, qui formam κνάπτειν antiquioris atticae linguae esse dicunt. Sed iam Homerum formis γνάμπτειν, γναμπτὸς aliisque compositis usum esse videmus, unde abiecta litera μ, γνάπτειν, γναπτὸς formantur, quorum diversa quidem significatio est, sed idem etymon. Itaque grammaticorum praeceptum perquam dubium, ut saepe, videtur, ita ut equidem formam γνάπτειν magis ionicam, κνάπτειν magis atticam fuisse censeam. Quae cum ita sint, tragicos ionica interdum forma usos esse incredibile non est. Neque Eustathii auctoritas haud optimis libris usi, in Sophocleo loco valet. cf. quae monuit Erfurdtus ad Aiac. v. 129.

Secundum atticistas γίγνομαι et γιγνώσκω attici amant, γίνομαι contra et γινώσκω ceteri Graeci. Cf. Valckenaerius ad Eur. Phoen. 1396, Brunckius ad Aristoph. ran. 52. Unde in nostris tragicorum editionibus plenior forma saepe contra codices illata legitur. At multis exemplis librisque repugnantibus etiam in his saepe tragici poetae communem formam praetulisse mihi quidem videntur, ut in Sophoclis Electr. 771, Trachin. 425, 455, 1175 et aliis permultis locis γίνομαι, in Electr. 988, 1330, Phil. 1388 etc. γινώσκω, quamvis literam γ crebrius addi quam omitti negandum non est. cf. Elmsleius ad Eurip. Med. v. 14. Idem in Thucydide fieri docuit Poppo de elocutione Thucydidis p. 208 et in farrag. p. 395 sqq.

In formis μικρὸς et σμικρὸς, nisi metrum intercedit, ut in Sophocl. Aiac. 161 et Eurip. Med. 172 ed. Porf., auctoritas manuscriptorum librorum respicienda est. Neque cum Hermanno in Electr. v. 1113 φέροντες 'αὐτοῦ σμικρὰ λείψανα scripserim, optimis et plurimis libris μικρὰ dantibus.

De formis πλέος et πλέως hoc tenendum, illud communi, hoc atticae dialecto esse proprium, tragicosque passim etiam πλέος dixisse, ut Eur. Alcest. v. 730 et Soph. Oedip. in Colon. v. 1162, quamvis hic πλέων in parte librorum reperiatur.

Quod ad terminationem adiectivorum verbalium αστος et τος attinet, vide quae monuit Brunckius ad Antig. 847. Quantum equidem iudico, in his primum metrum respiciendum est, tum quaenam in singulis adiectivis attica forma sit, denique quamnam optimi codices tueantur. Etiam in his mere atticam formam alteri postposuisse tragici videntur, quamvis libri sibi repugnent. In Oed. reg. 205 et 1315 contra codices versus causa reponenda est forma ἀδάματος, in Aiac. 450 autem ἀδάμαστος θεὰ servandum videtur, ut alias. Difficilior quaestio de formis ἄκλαυστος et ἄκλαυτος, πάγκλαυστος et πάγκλαυτος, metro non intercedente. Sed etiamsi formam in στος non prorsus damnaverim, quae passim sine varietate scripturae legitur, ut in Eur. Hecub. 30 et fortasse Soph. Antig. 831: tamen ἄκλαυτος et πάγκλαυτος tamquam rariores formae tragicis detrahendae non sunt. Sic in Trachin. 654, Antig. 847, et 876, Oed. in Col. 1708 vulgata est brevior forma. In Oed.

reg. 58 et 396 aliisque locis γνωτὸς reperitur, in eiusdem fabulae v. 361 γνωστός. In v. 993 θεμιτὸν, quod vulgo legitur, metri causa in θεμιστὸν mutandum est, quippe quae simplicissima correctio videatur. Ceterum antiqui libri saepe utramque formam praebent, nec raro difficile fit iudicium, ut in Electr. 123. Vid. etiam Reisigius in commentationibus criticis Oedipi Colonei v. 1564.

Codicum auctoritas respicienda quoque est in formis ἀνύειν et ἀνύτειν, quae ipsa attica perhibetur, de quibusque Porso ad Eur. Phoen. 463 atque ad Hecub. 1157 egit, male probans ἀνύτειν, quod apud tragicos non reperitur, maleque ab Elmsleio aliisque tragicis infertur. Cf. Hermannus ad Soph. Electr. v. 1443. Neque Thucydidi asperum spiritum huius verbi usitatum fuisse docet Poppo in elocutione huius scriptoris, p. 214. Huc pertinet, quod Elmsleius ad Oed. reg. 402 scribi iussit ibid. v. 1425

Ἅγος pro ἄγος, repugnantibus libris et Antig. 775. ante quem Brunckius aliique, ut Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 546, ἁγηλατήσειν in Oed. reg. 402 invitis plurimis codicibus probant, Eustathii auctoritate nisi, qui ad Odyss. λ. p. 1704 dicit: τὸ ἁγηλατεῖν παρὰ Σοφοκλεῖ· ἐκεῖνο μέντοι καὶ δασύνεται παρὰ τὸ ἅγος. At primum Eustathius, qui teste Erfürdto ad Aiac. 129 haud optimis manuscriptis usus est, hic inspexit unum eorum, qui ἁγηλατήσειν exhibebant, unde notam suam hausit. Deinde deducendum ab ἅγος, quam formam Sophocleam esse paullo ante diximus. Tum alia composita ἀγηλάζω, ἀγη-

λατίζω, ἀγήλατος non aliter nisi leni spiritu notantur. Neque postremum Sophocli spiritus asper in talibus placuisse videtur, ut in ἀνύειν vidimus. Idem Elmsleius in Oed. reg. 144 ἀθροίζω et v. 690 ἀλύω scripsit, quae quisque statim reiiciet. Recte autem ἕρδειν et scribitur et scribendum est, ut Britannus probavit ad Eurip. Med. v. 1269. Plura ad Soph. Oedip. in Col. v. 1074 ed. Brunck. afferentur.

De spiritu dubitatur etiam in αὗτως et αὕτως, quorum illud Hermannus ad Viger. p. 736 Homericum esse ait, hoc, nisi forte grammaticorum inventum sit, atticum. Idem in Aiac. v. 1179 edidit αὕτως, quo modo scripsisse tragicos censet, ut ex nota eius ad Vigerum apparet. At Homerici libri αὕτως exhibent ut tragicorum, neque est quod hoc abiudicemus Homero, qui pronomine οὗτος, αὕτη, τοῦτο utatur, e cuius masculino οὕτως, e feminino contra normam αὕτως formatum esse significatus et grammaticorum testimonia docent. cf. schol. ad Aiac. 1168 ed. Erfurdt. Altera forma fuisse videtur αὗτως, ab αὐτὸς formata, non multum diversa significatione, ut nos a pronomine *dieser* dictionem *auf diese Art*, a pronomine *selbst* dictionem *auf selbige Art*, utrumque eadem fere potestate deducimus. Sed tragicos quod attinet, scriptura αὕτως, ut iam diximus, in codicibus reperitur, neque cur in αὗτως mutemus ulla est ratio. id quod nobis sufficiat. Alii de altera forma αὗτως amplius quaerant. Vid. etiam Elmsleius ad Eur. Med. v. 313.

Rariores formae in fenariis tragicorum haud raro reperiuntur. Huc fingula multa referri poffunt, ut ἡσυχώτερος comparativus in Sophoclis Antig. v. 1089, quam formam atticis abiudicant atticiftae. cf. Schaeferus ad h. l. Attamen mutanda non eft, quam et analogia defendat et Plato in Charm. p. 160 a. adhibeat. Infolenter Sophocles etiam fuperlativo φίλιστος in Aiac. 842, infolenter aorifto fecundo κρυφεὶς, de qua forma cf. Hermannus ad Aiac. 1124, quique ibi laudatur Elmfleius, infolenter aliis multis ufus eft. Neque ceteris tragicis talia aliena funt.

Epicis poetis cum femet adiungerent tragici, ex illorum et ionicorum fermone defumfere multa, quae partim probata a criticis funt, partim tamquam falfa reiecta. Quorum ad illa referenda maxime funt, quae Porfo in praefatione ad Eur. Hecub. p. 12 collegit, ξεῖνος, (de quo cf. Valckenaerius ad Eurip. Phoeniff. v. 285,) μοῦνος, γούνατα, κοῦρος, δουρὶ, fatis ufitata, ut exempla afferre fuperfedere liceat, non repudiatis tamen communibus formis ξένος, μόνος, γόνατα, κόρος, δορί. Adde οὔνομα Phil. v. 251. cf. Marklandus ad Eurip. Iph. in Taur. v. 36. Huc porro referenda funt αἰετὸς pro ἀετὸς, καίω pro κάω, κλαίω pro κλάω, ἐλαία pro ἐλάα, quorum Porfo in praefat. ad Hecub. p. 4 atticam fcripturam praefert, Hermanno in praef. ad Aiac. p. 18 optimo iure adverfante. cuius verba integra communicabimus, cum veluti ex animo noftro fcripta fint: omninoque valde improbo exilem illorum diligentiam, qui non reputantes, et hodie et omni tempore multa et effe et

fuisse in formis verborum, quae ex scriptoris sensu atque arbitrio penderent, nescio quid magnum egisse sibi videntur, si totos scriptores ad huiusmodi praecepta immutaverint: quae unde tandem accepta sunt, nisi a grammaticis, iisque saepe et recentissimis et minime accuratis, et quod summum est, si quid dialecto cuipiam attribuunt, non id semper contendentibus et ubique et quavis conditione usurpari, sed saepe nihil nisi aut rara quaedam, aut vulgari usu trita commemorantibus. Ita falli puto, qui quod κάειν, κλάειν, ἀετός Attica esse accepimus, continuo tragicis haec obtrudenda esse existimant. Est haec, si verum fateri volumus, temeritas quaedam, propria adolescentiae: quam deponi iam tempus est, ex quo virilem aetatem ingressa est litterarum Graecarum scientia. Quam allaborandum est, ne relabi ad obscuram illam doctrinam patiamur, quae regularum, quarum caussas non perspicias, caeca dominatione continetur. Talia praeclare Hermannus, cuius sententiae utinam omnes tragicorum futuri editores accedant. Ceterum κλαίω tragicis (Aesch. sept. 641, 1037, 1046,) κλάω comicis et Atheniensium sermoni usitatius fuit.

Cognatae sunt his formae αἰεὶ, αἰὲν, ἀεὶ, quae editoribus ac criticis magnas turbas cierunt. Grammaticis formam ἀεὶ pro attica vendentibus Porso in praef. ad Eur. Hecub. p. 4, se ipsum semper sine diphthongo scripsisse dicit. Quod recte improbavit Hermannus in praefat. eiusdem fabulae p. 21 sq., etiam ἀεὶ poetis atticis tribuens. Ex nostra quidem

observatione formae *αἰεὶ* et *αἰὲν* melicis potissimum atque choricis carminibus conveniunt, *ἀεὶ* senariis, licet, ut omnino multi ionismi et dorismi in dialogo reperiuntur, *αἰεὶ* et *αἰὲν* passim, neque tamen frequentissime, in trimetris, (Soph. Trachin. 16, 325, etc.) atque *ἀεὶ* in melicis (ibid. v. 104 et 498) lectorum oculis se proponant. Prosodiam formae *ἀεὶ* quod attinet, Porso in praefatione ad Hecub. p. 16 sq. defendit se contra Hermannum, qui in sua huius fabulae praefat. p. 22 sq. utramque syllabam adverbii *ἀεὶ* produci licere negaverat. Et recte quidem interdum productam esse paenultimam statuendum est, quod ipse postea concessit doctissimus Germanus in praefat. ad Eur. Hercul. furent. p. 3 sq. Exempla haud rara quaesitu, quamvis multa cum varietate scripturae. De forma *αἰεὶ* apud Sophoclem consulendus est Elmsleius in praefat. ad Oedip. reg. p. 11 ed. Lips.

De formis *πολλὸς*, *μέσσος* adeas Erfurdtium ad Soph. Antig. 86, ed. min. Huc referendum *ἰσσομαι'* in Electr. 818, quod ipse Aristophanes in pacis v. 187 sibi indulsit, ubi Mercurius loquitur. Eadem forma fortasse restituenda in Oed. Col. 1118 pro vulgata scriptura *καὶ σοί τε τοὔργον τοὐμὸν ἔσται βραχὺ,* quae metrum non explet.

Porro in senariis poeticae formae *ἀπαὶ*, *διαὶ*, *ὑπαὶ* etc. conceduntur. Ita Aesch. Agam. 894, 946, Sophocl. Electr. 711, Antig. 1035. Reperitur *ἐνὶ* in Trachin. 7 et passim, ut *εἰν* pro *ἐν* in Antig. v. 1241. Vid. Osannus in analect. critt. p. 103, Lobeckius ad

Aiac. v. 614. Sic εἰνάλιος quoque ſervandum duco in Eur. Hecub. 39, ut per ſynizeſin triſyllabum ſit, Daweſio in miſcellan. critt. p. 196 et Porſone ad Euripidis locum ἐνάλιος ſcribentibus. Eadem res in Eurip. Phoeniſſ. 6, ubi legas Valckenaerii notam, pluribusque aliis locis. In Sophocl. Aiac. 565 vulgata ἐνάλιος eſt.

De diaereſi in iambicis trimetris diſputavit Lobeckius ad Aiac. p. 287 fin. Talis eſt in vocabulo ἐλεεινὸς, ſaepe apud tragicos lecto in optimis codicibus, ut non in melicis tantum carminibus, ſed etiam in dialogo probanda ſit. Et quamvis Porſo in praefatione ad Eurip. Hecub. p. 7 ἐλεεινὸς atticum eſſe negat, utrum iure an iniuria alii videant, tamen certe Platonicum et tragicum eſt, a tragicisque poetis ex epica et ionica dialecto tranſlatum. Exceptis a Porſone ibidem collatis exemplis reperitur in Sophocl. Oed. reg. v. 672, Trach. 528, Phil. 870, neque inepte Schaeferus in nota ad Porſonis verba formas πετεεινὸς et πετεινὸς comparavit. Ne tamen quis in metro haereat, conſideret velim, triſyllabam hanc vocem pronuntiandam, et perquam amatam in talibus ſynizeſin eſſe tragicis, quae omnino frequentior eſt, quam vulgo putant metrici. Qua de re infra plura proferamus.

Epicorum more etiam augmentum omiſerunt tragici in deſcribendis gravioribus rebus, praecipue in nuntiorum orationibus, quae fabularum partes ἀγγελικαὶ ῥήσεις vocantur. Id quod Seidlerus praeclare obſervavit, et Reiſigius in coniectaneis in Ari-

ftophan. p. 78 fqq., ad Oed. 1499. Cf. Hermannus in praefat. ad Hecub. p. 27 fqq., atque in elementis doctr. metr. p. 52 et 121.

Quae apud epicos poetas frequentiffima eft dativi pluralis in prima fecundaque declinatione terminatio σι et σιν, a tragicis tam faepe recepta eft, ut huius ufus exempla omittere liceret. Quod ipfum de articulo valet, relativi vicem tenente. Cf. tamen Matthiae graec. gramm. §. 291. Saepe etiam νὶν pro αὐτὸν etc. inveniri notum eft. Omnino Sophocles multas ionicas formas femel modo, bis, terve fenariis recepit, ut falfae corruptaeque fcripturae fufpicio oriri poffet. Cui tamen obftat et auctoritas codicum, et qua aliud alio defenditur, copia eiusmodi formarum, quales funt in Aiac. 730 κουλεῶν, in Electr. 691 πεντάεθλα, Trach. 495 κεινὸν pro κενὸν, Phil. 286 βαιῇ pro βαιᾷ, Aefch. fept. 62 νηὸς pro νεὼς, Aefch. Perf. 424 τοὶ δὲ pro οἱ δὲ, Soph. Trach. 388 μὶν, in Electr. 21 ἐμὲν, in Aiac. 679 et Trach. 24 ἥμην, Oed. reg. 1182 ἐξίκοι, in Trachin. 904 ἀντοίῃ, Eur. Electr. 595 ἤλυθον pro ἦλθον, cum Seidleri nota ad hunc locum et Elmfleii ad Eur. Med. 1077, in Soph. Electr. 757 κήαντες, in Aefch. Choeph. 678 κίεις, Soph. Phil. 494 ἵκμενος pro ἱκόμενος per fyncopen, Electr. 1141 ξένῃσι, cuius formae exempla vide apud Elmfleium ad Med. v. 466 et Valckenaerium ad Hippol. v. 1432, et multa alia.

Neque doricae formae a tragicorum fenariis prorfus exclufae funt, quarum alias editores probaverunt, alias improbaverunt. Sed in his quoque veterum

librorum magna mihi fides est, qui maxime idonei testes esse, quorumque auctoritas, in aliis magni aestimanda, in formis quoque constituendis magnum pondus habere videntur. Concessae sunt dialogo formae Ἀθάνα, δαρὸς, ἕκατι, ἑκαβόλος, κυναγὸς, (in Aiac. v. 5 tamen κυνηγετοῦντα, ibid. 37 κυνηγίαις, ut in Eur. Bacch. v. 339,) ποδαγὸς, λοχαγὸς, ξυναγὸς, ὀπαδός. Cf. Porso ad Eurip. Orest. 26, Valckenaerius ad Phoeniss. 11, 1113, 1149 et ad Hippol. 1092, Marklandus ad Eurip. suppl. v. 420, atque Buttmannus in prolix. graec. gramm. p. 101. De ἄραρε vide Valckenaerium ad Hippol. v. 1090, Porsonem ad Eur. Orest. 1323, Elmsleium ad Eurip. Med. v. 316. Prae ceteris Aeschylus doricas formas, quas dum in Sicilia degeret, didicerat, (Athenaeo teste IX. p. 402 c. Αἰσχύλος διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς) etiam in iambicis trimetris amat, ut in Choeph. 95, 162 γαπότους χοὰς, Suppl. 614 τῶνδε γαμόρων, Choeph. 569 βαλὸν, ubi tamen alii libri βηλὸν praebent, 770 γαθούσῃ φρενὶ, 1015 νίκας τῆσδε aliaque plura. Nec fortasse forma μάτηρ e senariis prorsus removenda est, de qua cf. Antig. 467. Eurip. Hecub. 376 alia.

Passim ipsi aeolismi dialogo immixti leguntur, qualis est πεδάρσιος pro μετάρσιος in Aesch. Prom. 711, Choeph. 843 aliisque locis. Vid. Valckenaerius ad Phoeniss. v. 1034, Musgravius ad Eur. Electr. 625.

Iam quid de *hiatus* vitandi ratione apud tragicos statuam, difficillima re, exponere conabor. Atque ut consonantes literae iuxta se collocatae reperiantur,

ita etiam vocales concurrere in confinio vocabulorum, idque in ionica dialecto quodammodo quaeri, in attica contra et elisione, et crasi, et litera ν paragogica sedulo evitari omnibus notum est. quamvis huic ipsi literae alius ab initio usus fuisse videtur, de qua re disputatum est a Buttmanno in ampl. graec. gramm. p. 93 sq. Neque est, quod de *contractione* vocalium in mediis verbis coniunctarum, sive *synaeresi*, re certiore, dicatur. primum autem videamus de *elisione*, quae Graecis θλίψις vocatur. Quippe potest hiatus vitari elisa altera vocali vel diphthongo ita, ut altera intacta et integra maneat. quod ubi fit in initio vocis post alteram vocalem vel diphthongum, *prodelisionem* sive πρόθλιψιν, ubi in fine ante alteram, *postelisionem* sive ἐπίθλιψιν perspicuitatis ac brevitatis causa velim nomines. Utroque modo duplex verbum in unum coniungitur, quo non *vere* sed *quasi unum* fiat, ut recte docuit Wolfius in analectorum literar. I, 2, p. 440. Idem pagina proxima verissime monet, ex illa coniunctione intelligi, cur verba παλαί' ἔπη, ἅρπυι' ἀνήρπασεν Atticis poetis non magis fecerint hiatum, quam ipsae mediae syllabae in δίκαιος, ἅρπυια, omninoque cur Graecis non tam displicuerint δάκρυ' ἀναπρήσας, δμῶ' ἐμὸν, quam δάκρυ ἀναπρήσας et δμῶ ἐμόν. Utraque nimirum vox pro una est. Itaque particulae frequenter repetitae et faciles agnitu, imprimis praepositiones coniunctim cum nominibus et verbis scribuntur, (v. c. ἐπέρχομαι non ἐπ' ἔρχομαι.) Sic etiam alia, quae unam notionem efficiunt vocabula in uno consocian-

tur, ut δεχημέριος. in aliis modo coagmentantur voces, modo in duas partes separantur, cum parti Graecorum duplex, parti una inesse visa esset notio. Talia sunt διὸ et δι' ὅ, καθόλου et καθ' ὅλου, alia. Huc referenda, quae Wolfius in analectorum p. 433 collegit. Vid. Matthiae graec. gramm. §. 43 not. Hoc genus non immerito *hemicrasis* vocandum esse videtur. Signum elisionis apostrophus est, qui locum elisae vocalis tenet et in coniunctim scripta duplici voce recte ideo negligitur, quod iam non duo sint vocabula, sed unum, facileque partes cognoscantur.

Prodelisionem, ab aliis *aphaeresin* male dictam, quippe quae apocopae (ἄρ, πάρ, ἄν etc.) respondens, ut in ἦν, ἤ vel φῆν φῇ, aliis, (cf. Gregorius Corinthius p. 456. et excerpta e cod. Parisino p. 675 sq. edit. Schaeferi) apostropho careat nec necessario vocalem literam sequatur, improbarunt quidam, ut nuper Buttmannus in grammat. p. 128. Et recte quidem negatur ita, ut brevem vocalem literam excipiat elisio: tunc enim postelisio adhiberi solet, ut scimus usu. Sed praecedente longa vocali vel diphthongo, quae brevem vocalem superant, haec optimo iure elidenda est et eliditur, neve talia ad crasin potius trahas invitis veteribus monumentis. Neque vir ille doctus legem suam in sua Philoctetae editione observavit, qui v. 467 πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν, v. 479 ἐὰν μόλω 'γώ, 591 λέγω 'πὶ τοῦτον etc. ediderit. Legem vero hanc statuas: prodelisionem brevis vocalis, plerumque literae ε, rarius literarum α et ο, post praecedentem longam,

vel diphthongum gravem, tunc esse iustam, ubi crasis, quae in quibusdam modo voculis conceditur, stare nequeat. Itaque probanda sunt μὴ 'ξεγερεῖς Trach. 978, μὴ 'πιμεῖναι ibid. 1176, cf. Aiac. 586, 742, 1067, 1400, alia. Porro ἢ 'ν Aiac. 1315, ἢ 'μαυτῷ 1367, ἢ 'φάνην 739, δὴ 'ντεῦθεν vel δὴ 'νταῦθα Aristoph. nub. 62, σωφροσύνη 'νενόμιστο ibid. 961, χρῆ 'σται Oed. Col. 503, i. e. χρέεα (χρέα, χρῆ, ut Ἡρακλέεα, κλέα, κλῆ) ἔσται. Vid. ibid. scholiastes, qui tamen parum recte ἀντὶ τοῦ χρεία ἔσται dictum esse vult. Tunc οἴου 'τράφης Aiac. 557, ἐξ οὗ 'κράτησα 1337, πάππου 'τιθέμην, Arist. nub. 65, σαυτοῦ 'γὼ 385, αὐτοῦ 'ποίησα 1394. Sic ζητῶ 'ξαπατᾶν ibid. 542, καλῶ 'γὼ 668, Ἀπόλλω 'γὼ 729, ἐξελῶ 'κ 799, κελεύσω 'γὼ 1234. cf. Oed. reg. 232, 794, Aiac. 288, 535 etc., εἰ μή τῳ 'πεποιθέναι nub. 1351, ἔξω 'ξενεγκεῖν 1392. Ceterum alia multa. vid. etiam Lobeckius ad Aiac. v. 1089, Seidlerus de verss. dochmiacis p. 406, cll. p. 12 et 403. Elisae literae α exempla haec habeas: ἢ 'πὸ Trach. 239, μὴ 'ποδώσεις nub. 1280, μου 'φέλης Phil. 933, μακροῦ 'ποπαύσω Eur. suppl. 688, τύχη 'γαθῇ, aliaque. vocalis ο post articulum elisae paullo infra fiat mentio.

A breve in initio vocum post μὴ modo per prodelisionem abiicitur, modo maioris perspicuitatis causa, per synecphonesin plene scribitur, ita ut utraque ratio in usu antiquis fuisse videatur. Sic modo μὴ 'λλὰ modo μὴ ἀλλὰ picta offendes, ut in Aesch. Coeph. 910, Aristoph. Acharn. 465. Cf. Elmsleius ad Eur. Heraclid. 460, Oed. reg. 1388, Eur. Bacch. v. 1070,

in ſuo review of Hermann's ſupplices p. 249 edit. Lipſ., ad Med. 35, Brunckius ad Philoct. 782. Ceterum cum, ut infra exponemus, propria ſynecphoneſis longis tantum vocalibus et diphthongis ſit: ſi conſtantiam quamdam ſcribendi obſervare velis, per prodeliſionem illa ſcribenda ſunt.

Parum communis eſt regula, articulum numquam elidi, ſed ubique cum proxima aut vocali aut diphthongo facere craſin. Quae opinio fuit cauſa multorum erratorum. Non enim omnia ad unam normam reduci poſſunt, cum praeſertim plurima eiusmodi tempore et vulgi inconſtantia profecta formataque ſint, non e diſciplina philoſophorum ac grammaticorum.

Atque ubi articuli vocalis litera gravitate vincit proxime ſequentem, ſi excipias vocales ου et ω ante α, quae non niſi craſi conſociantur, meo quidem iudicio et prodeliſio et craſis adhiberi poterat atque vere adhibita eſt. Itaque etſi plerumque ſcripta reperiuntur ἡ 'μὴ nub. 987, ἡ 'πίκτησις Phil. 1344, ἡ 'ξειργασμένη Brunck ad Antig. 384, ἡ 'μπειρία Phoen. 532, ἡ 'υλάβεια Oed. Col. 116. cf. Valcken. ad Phoeniſſ. 407, Porſo ad Eur. Oreſt. 774: tamen etiam per craſin ea notari poſſunt ἡ̓μὴ, ἡ̓πίκτησις etc., atque ἡ̓ ξοδος, cuius loco etiam ἥ̓ξοδος craſin ponere liceret, non niſi perſpicuitatis cauſa ita notatur. Porro legitur τοῦ 'μοῦ, τοῦ 'πιόντος Oed. reg. 393, Col. 752, τῷ 'μῷ, τῷ 'πιόντι Oed. Col. 1532, τῇ 'μῇ, τῇ 'μαυτοῦ Oed. reg. 995. Quae ut in craſin coagmententur et dativi quidem articulus iota ſubſcripto privetur, pugnat Elmſleius in praefat. ad Oed. reg. p. 10, non ubique re-

pugnantibus veteribus libris. De scriptura τοῦ 'λυμπίου, τοῦ 'ῤῥοπυγίου, τοῦ 'βολοῦ, τῶ 'φθαλμώ, (nub. 362, 411,) τῶ 'νόματε (ibid. 394) vid. Reisigii syntagm. crit. p. 28 sq. Sic iudicanda sunt οἱ 'μοὶ et οὑμοὶ Eur. Hecub. 338, Phoen. 641, Aristoph. nub. 214 etc. quorum hoc probat Elmsleius in praefatione illa, p. 12. Neque aliter οἱ 'ν et οὑν in Eur. Med. 815, ubi adeas Elmsleium, οἱ 'πιχώριοι et οὑπιχώριοι in Oed. reg. 939, 1046, αἱ 'μαὶ in Aristoph. ran. 1076, αἱ 'πιχώριοι Eur. Ion. 1111. Vide eumdem virum doctum in praefat. illa p. 11. Neque damnandum duco ἡ 'ρετὴ in Aiac. 1357, Eur. suppl. 606, ἡ 'λήθει' ἀεὶ Antig. 1195, Eur. Phoen. 929, ἡ 'νοια ex Sophocl. Terei fragm. apud Stobae. floril. tit. LXVIII. p. 283 v. 5, apud Aeschylum in sept. 387, χἠ 'γχουσα i. e. καὶ ἡ ἄγχουσα Aristoph. Lysistr. 48, aliaque, quae in codicibus aliis et veteribus editionibus per synecphonesin scribuntur. cf. Brunck. ad Phil. 782. Crasis ἁ'ρετὴ vel ἡ'ρετὴ perquam incerta est, nec tamen fortasse prorsus fuit extra usum. Idem de τῇ 'γαθῇ, τῇ 'γορᾷ et talibus statuendum est, quae varie scribuntur. Vid. Reisigii syntag. crit. p. 27 sq. Eadem res in οἱ 'γαθοὶ Philoct. 873, Eur. Hecub. 1216 etc. aliisque similibus, crasi ἁ'γαθοὶ tragicis insolita. Etiam Wolfius in analectt. literar. p. 458 hanc crasin his verbis improbat: hodie factum nollem, ac si nunc fabulas edendas haberem, imitarer potius scribentes οἱ 'γαθοί. In omnibus iam commemoratis elisio solemnior fuisse videtur crasi, neutra prorsus improbanda. vid. Porso ad Eur. Hecub. 338. Dubitaverunt enim veteres,

utrum merus esset articulus, an ex articulo aliaque vocali mixta vocalis vel diphthongus.

Huc etiam pertinent ὦ 'ναξ, ὦ 'νερ, ὦ 'νθρωπε, ὦ 'γαθὲ, ὦ 'βολοστάται Aristoph. nub. 1158, quorum illa plerumque duplici accentu notantur: ὦ "ναξ, ὦ "νερ, ὦ "νθρωπε, non male, ut infra docere studebimus, quamvis aliter visum sit Wolfio in analectt. literar. I, 2, p. 444. Crasis ὦναξ, ὤνθρωπε ac ceterorum in manuscriptis quidem libris non reperitur. Huc referendum etiam illud ὦ 'τάν, ὦ 'ΐα, de quo Reisigius egit in syntagm. crit. p. 18 sq., aliaque. De ὦ 'ζυρὲ in Aristoph. nub. 651 et ὦ 'ζυρὰ in Lysistr. 948, quae verae craseos causa ὦ' ζυρὲ, ὦ'ζυρὰ, vel ᾦζυρὲ, ᾦζυρὰ scribenda sint, vid. Reisigius ibidem p. 28 sq. Duplex accentus grammaticorum studio ac diligentiae debetur, ut partes compositi magis discernantur curantium. Neque fortasse prorsus reiiciendus est.

Transeamus ad postpositivum articulum, qui plerumque crasin patitur, ut praepositivus. Vid. Elmsleius in praefat. Oedipi reg. p. 11, ubi ἁ'τεχνησάμην ex Trach. 534, ἁ'ξήκουσεν ex Philoct. 378, aliaque multa addi liceret. De ἅ'παθον, ἁ'γὼ consulas Brunckium ad Oedip. in Col. 1196, de ἁ'μαὶ eumdem ad Antig. 734. Hic quaeramus de crasi vocularum ἃ ἄν, quae minus accurate ἅ'ν i. e. ἃ ἐν, et in continua oratione ἅ'ν scriberentur. Pingas ἃ "ν, quae scriptura non est contra bonam logicam, cum producto alpha attributum tribuatur tenor. Sic scribitur Oed. in Col. 13, Philoct. 1276, Oed. reg. 580, Aiac. 1085, Aristoph. nub. 88, alias. Vide Brunckium ad Soph.

Electr. 943. Neque tamen excluditur ſuo loco eliſio, ut v. c. Oedip. reg. v. 1504 ὦ 'φυτεύσαμεν. Ibidem, v. 1231 extat ſcriptura αἶ 'ν pro αἶ ἂν, et recte quidem, cum αἶ 'ν conſtaret ex αἶ ἐν. Craſis foret ᾆν, quae tamen inſolita.

His accedant pronomina ἐμοὶ, σοὶ cum encliticis, quae ipſa et craſin et eliſionem faciunt. Et de craſi quidem vid. Elmſleius ad Eurip. Med. 56, 801 et in praefat. ad Oedip. reg. p. 10, Koenius ad Gregor. Corinth. p. 148 ſq. ed. Schaeferi. Cf. etiam Aeſch. Choeph. 119 μοὔστί. Eliſionis exempla haec obſerves, Aiac. 1225, Philoct. 815, Eur. Iphig. in Aul. 829, ubi μοι 'στὶ et ἐμοί 'στι legitur.

Quaeritur an cum Porſone in addendis ad Eurip. Med. 722, p. 507 edit. Lipſ. alt. πειράσομαι 'γὼ, αἰρήσομαι 'γὼ probanda ſint. Vid. Wolfii analectt. p. 455 ſq. Equidem certe vereor, ut non dubitatum huius eliſionis apud tragicos reperiatur exemplum, qui pro brevi habitam vixque auditam diphthongum αι in verborum quidem terminationibus, cuius ipſius rei indicium accentuum doctrina facit, epicorum more (vid. Thierſchii graec. gramm. §. 164, 2 et quos ibi laudat viros doctos) elidere ſoleant, qua re nihil ambiguitatis exiſtit. Adeas Wolfii analectt. p. 454 et Reiſigii ſyntagma crit. p. 31 ſq., collato Brunckio ad Ariſtoph. Theſmoph. 217, 916, nub. 988, Lobeckio de uſu apoſtrophi §. 3 et ad Aiac. v. 191, quidvis contradicat Erfurdtus ad eumdem Aiacis locum. cuius exemplis minore ex parte corrigendis, ex Oedip. in Colon. 844 adiungas ἀφέλκομ' ὦ δύστηνος, ubi unus idemque

malae notae codex T. ἀφέλκομαι δύστηνος exhibet. Praeterea scito, perfecti passivi elisi ob ipsam huius temporis raritatem certum exemplum notum non esse, neque ante alias breves vocales, quam α et ε elisam esse αι in quibusdam verborum terminationibus. Fortasse comici in hac elisione maiores quasdam licentias sibi indulserunt. Sed haec ad postelisionem pertinebant.

Voculas procliticas ἐς, ἐν, ἐκ tunc demum elidi posse affirmat Reisigius in syntagm. crit. p. 24 sqq., cum antecedens vocabulum monosyllabum sit, aut cum extremam pluribus syllabis constantis vocis accentus intendat: non enim barytonon quamvis producta ultima tantum valere, ut quasi refugientem voculam attrahat. Cuius rei argumentum non perspicio, quamvis verum sit, illas conditiones plerumque cum hac elisione esse coniunctas. In Aeschyli tamen Prometh. v. 741 legitur μηδέπω 'ν vel μηδέπω 'ν, quod utrumque barytoni instar est, cum πω quasi partem praecedentis vocis efficiat, et in Soph. Oedip. reg. 970 omnes libri in scriptura εἴη 'ξ ἐμοῦ congruant.

Considerandus quoque accentus est elisae vocalis. Atque cum epicorum more in narrationibus tragicorum augmentum ex verissima Seidleri observatione saepe omittatur, etiam hic factum velim, plerumque non adversantibus antiquis libris. Ergo typis excudendum ἐγὼ κτάνον Oed. reg. 844, δώρημα κείνῳ δῶκεν Aiac. 1303, ἐρήμῃ, κλαῖε Trach. v. 905, etc. Vide de re supra dicta. Cetera omnia non satis recte ex synecphonesin scribenda, quae longis vocalibus

et diphthongis propria ſit, ut Oedip. reg. 893 βέλη ἔρξεται: aut cum Reiſigio in ſyntagm. crit. p. 29 ἐγὼ 'φρασα, ἐγὼ 'λεγον, μὴ 'ξω, ἐγὼ ''ζων, δὴ 'γνων, μὴ 'ρπης, μὴ 'χοιμι, in quibus tamen quomodo gravis regere proximam vocem poſſit, quaque ratione ultima pro encliticis habenda ſint, non intelligo: aut ἐγὼ 'φρασα, μή 'ξω etc., quae ratio naturae eliſionis repugnat, ex qua nihil in ſuperſtite vocali mutetur: aut denique ἐγῷφρασα, μῆξω etc., ex parte quidem contra craſeos leges, certis finibus circumſcriptae. Itaque nihil reſtat, quam ex grammaticorum ſententia (vid. Buttmanni ampl. graec. gramm. p. 117 fin.) et veteribus libris pingere ἐγὼ ''φρασα, ἐγὼ ''λεγον, μὴ ''ξω, ἐγὼ ''ζων, δὴ ''γνων, μὴ ''ρπης (Phil. 985), μὴ ''χοιμι et talia, (cf. Valckenaerius ad Phoeniſſ. v. 408). Idem in ὦ 'ναξ, ὦ 'νθρωπε aliisque fieri ſupra eſt monitum. Haec enim ratio iuvat perſpicuitatem, qua partes compoſiti clarius animadvertantur, neque tollit leges eliſionis, cum quod mutatur, non eliſione fiat, te non ſcribente ἐγὼ 'φρασα etc., ſed pronuntiationis neceſſitate coniunctorum vocabulorum. Neque violatur logica, cum acutus non eliſae vocali conveniat, ſed ad immutatam retrahi pronuntiandi lege iubeatur. Aliud refugium vix puto invenietur. Neque alia fuiſſe Hermanni ſententia videtur, ad Trachin. 900, certe excuſationem habere talia concedentis.

Supereſt ut moneam, ne interpunctione quidem interpoſita deleri prodeſſionem, qua de re diſputavit Reiſigius in ſyntagm. crit. p. 30. Eodem modo manet,

quod ftatim adiiciam, etiam poftelifio. vid. Matthiae graec. gramm. §. 44. not. 3.

Infolita elifio reperitur in Oedip. reg. 1052, ubi in plurimis optimisque libris eft καὶ 'μάτευες, quae tamen cum Brunckio aliisque fortaffe in κἀμάτευες corrigenda eft. Sic in Eurip. fuppl. 766 καὶ 'κάλυψε vulgo fcribitur.

Elifionis utriusque expertes effe folent interiectiones, unde οἴ 'γώ, quod Hermannus in praefat. ad Eur. Hecub. p. 55 commendat, in optimis veteribus libris legitur fcriptum οἴ ἐγώ, neque iniuria defenditur a Brunckio ad Soph. Electr. 674. In eiusmodi enim epiphonematibus celeris pronuntiationis ergo hiatus conceditur. Vide quae optime difputavit Marklandus ad Eur. fuppl. v. 109. Huc referas ex Soph. Oed. in Col. 1670 φεῦ, ἔστιν. De his aliisque adeas Buttmanni ampl. graec. gramm. p. 113, et Hermanni elemm. doctrin. metricae p. 49 fqq. Neque crafi vel elifione opus eft in melicis, quocirca καὶ ἅπως anapaeftus eft, in Trachin. 499, temere a Brunckio in χὤπως mutatus. Vid. Bothius ad Sophocl. Philoct. 1165.

De *poftelifione* haec valet lex, brevem vocalem in fine vocis elidi ante alteram brevem in initio, cum ille minus cadat in aures quam hoc, quo vox furgere foleat. Tum demum, ubi ponderofa monophthongus vel diphthongus in fine brevem initii fuperat, prodelifionis locum effe vidimus. Cum igitur termini poftelifionis certiores fint, iam de ambiguis quibusdam agamus.

Et primum quidem iota dativi singularis apud tragicos elidi posse negatum est a Lobeckio ad Aiac. p. 340 sqq., Elmsleio ad Heraclid. v. 693: affirmatum a Porsone in praefat. ad Hecub. p. 24, ad Orest. 584, Schaefero ad Oed. in Col. 1436, Hermanno ad Hecub. v. 892, Reisigio in commentationibus criticis Oedipi Colonei v. 1431. Vide etiam Dindorfii indicem Heraclidarum Elmsleii sub litera ι. Mihi quidem persuasum est, etsi plura exempla non dativum, sed accusativum contineant, tamen cetera omnia corrigere maxime esse temerarium, neque intelligi, cur tragici prorsus ab illa elisione abstinuerint, cum epicos haberent magistros (vid. Thierschii graec. gramm. §. 164, 6). Neque tamen rarius hac elisione usos esse negandum est, nec sine addito altero dativo, quo ille intelligatur, et ambiguitas evitetur.

Transeamus ad elisionem diphthongi, cuius certi fines sunt. Et de elisione diphthongi αι, quatenus tragicis in usu fuerit, iam supra in prodelisione verba fecimus. Restat ut de elidendo οι pauca adiiciamus. Dubitaverunt enim viri quidam docti, an μοὶ et σοὶ ante brevem vocalem elidi possent. neque est quod haereas, dummodo rem ita restringas, ut fecit Buttmannus in ampl. graec. gramm. p. 128. not. 6. Parum tamen aptum illud exemplum videtur, quo Osannus noster in libello de Sophoclis Aiace p. 102 sq. istam elisionem probare studuit. in illo enim, ex Aiac. v. 112 desumto, χαίρειν Ἀθάνα τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι, pronomen σ' accusativus est, non dativus, quamvis verbum ἐφίεσθαι cum tertio casu construatur. atque re-

ferenda haec verba sunt ad phrases χαίρειν τινά — κελεύειν, εἰπεῖν, λέγειν, ἐᾶν, in quibus accusativus dativo usitatior. cf. Matthiae graec. gramm. §. 410, not. 2. p. 559, Hermannus ad Viger. p. 766. Rarior tamen illa elisio ambiguitatis causa est, nec nisi Sophocl. Aiac. 191 et Eurip. Androm. 427, certiora tragicorum adhuc nota exempla sunt. Quamvis non vitatur, ubi dativus facilis est agnitu. Itaque satis frequenter eliditur οἴμοι ante longam vocalem, praesertim ω, v. c. Aiac. 354, 578, Aristoph. nub. 770, 1240 etc. cf. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 171 edit. Schaeferi. In Aristophanis avibus, v. 86 legitur μοἴχεται pro μοὶ οἴχεται (vid. Reisigii syntagm. crit. p. 32) ex arctiore illa elisione et quasi hemicrasi coniunctum, quam apostrophi expertem esse supra monuimus, cum ex vera crasi scribendum fuisset μοὔχεται, quod ambiguum foret et minus perspicuum.

Praeter haec diphthongus οι apud tragicos quidem elisione non absumitur. Tamen καὶ particula saepe ita deletur ante diphthongos et longas vocales, ut eadem arctior illa elisio et quasi hemicrasis oriatur. Atque reperiuntur κεὶ, κεἰς, (Valckenaer. ad Phoeniss. v. 577) κοὐ, κοὐκ, κοὐχὶ, κεὐδαίμων, κεὐθὺς, κεὔχομαι, κεὐφρόνας Eur. Bacch. v. 237, κεὐσταλὴς Philoct. 780, cf. Porso ad Eur. Phoeniss. 1422, Lobeckius ad Aiac. p. 244, καἰσχύνην vel κ' αἰσχύνην, de quo paullo infra, χοἶον vel χ' οἶον Aristoph. nub. 1209, χοἰ vel χ' οἱ ibidem, v. 1211, χοἶδε vel χ' οἷδε Antig. 509, χαἰ vel χ' αἱ Philoct. 431, χἠ vel χ' ἡ, χἠμεῖς vel χ' ἡμεῖς, χαὐτοῦ vel χ' αὐτοῦ, χοὖτος

vel χ' οὗτος, κἦλθον vel κ' ἦλθον Aefch. fept. c. Theb. v. 795, κἦν vel κ' ἦν Soph. Antig. 710. In Eurip. Hecub. 81 de fuo induxerat Hermannus χἤξει. In aliis vera crafis eft, ut in κᾀὐτὸς, (fic enim praeter καὖτὸς, non raro praebent vetera exemplaria, ut triphthongus fit, fimilis noftro *Haeufer* etc.) in κᾦνος, κᾠκία, (Ariftoph. thefmophor. v. 355 autem κοἰκίαν vel κ' οἰκίαν) κᾆτα aliis, atque ex regula ubi brevis litera vocalis fequitur χᾠ, χᾦσα, χᾦπως, κᾦψον Ariftoph. vefp. 317, κᾀγὼ, κᾀγαθὸς, κᾀν, κᾆν, κᾀς i. e. καὶ ἐς, non καὶ εἰς, (Valckenaerius ad Phoeniff. v. 577,) χὔπερ Eur. Iphig. in Aul. v. 1389, κἰσοκράτην Quintilian. 3, 1, 4, χἰκετεύετε Eurip. Helen. v. 1030, (Reifigii fyntagm. crit. p. 30). Sic in Soph. Philoct. 644 χᾀρπάσαι fcribendum eft pro vulgato χ' ἁρπάσαι, et χᾀτέρους Ariftoph. vefp. 258 etc. pro χ' ἀτέρους. In quibus omnibus pendent omnia a fequentis vocalis literae quantitate, non fpiritu.

Syllabae τὸ αἰ et τὰ αἰ ex crafi τᾳ fiunt, unde τᾀσχρὰ fcribendum effe ait Seidlerus in excurfu ad Eurip. Troad. p. 147. Tamen ex elifione etiam ταἰσχρα probari poffe et reperiri ταἶτιον in Ariftoph. ran. v. 1385 et Thefmophor. v. 549, nec non θαἷμα in eiusdem Lyfiftrata, v. 205 docuit Reifigius in fyntagm. crit. p. 31, affertque Wolfius in analectorum p. 456 ex Tryphone in πάθεσι λέξεων §. 24 ταἰθιοπίᾳ. Sic etiam fcribitur in Eurip. fuppl. v. 767 καἰσχύνην vel κ' αἰσχύνην. Articulus enim ante diphthongos quidem et longas vocales paffim, ut particula καὶ, eliditur, non tamen ante breves. Itaque

τοὐρανοῦ pro τοῦ οὐρανοῦ ex Ariſtophan. pac. v. 199 laudat Reiſigius in ſyntagm. crit. p. 33, ad quam eamdem normam formatum eſt ϑἠμέρᾳ in Sophocl. Aiac. vv. 756, 778, 1362, Oedip. reg. 1283, ϑἠμέτερον, ϑἠρῴον Ariſtoph. veſp. v. 851, ϑἠμετέρου, ταὐτοῦ, ταὐτῷ, τἄϑλα in Eurip. Phoeniſſ. v. 1277, aliaque.

De accentu et abiecto et retracto vid. Buttmanni prolix. graec. gramm. p. 125 not. 1, et de eliſa vocali litera υ ibidem, p. 126, not. 2.

Iam tranſgredimur ad *craſin.* Ut enim unius vocabuli plures vocales literae certis e regulis in unam eamdemque longam vocalem vel diphthongum coagmentantur: ſic etiam duplex vox commixtis vocalibus ſaepe in unum totum conglutinatur. Quorum illud genus *contractio*, hoc *craſis* vocatur. Contractionis leges generales ſequitur quidem craſis, ſed ut iam illic plura reperiuntur aliena et illegitima, ſic hic quoque multa ſunt, quae a vulgari uſu recedant, cum leges illae, ut ſupra iam monitum eſt, e minus conſtante populi ſermone, non ex unius cuiusdam grammatici eiusdemque philoſophi diſciplina prodierint. Quare nobis analogia, veteribus monumentis praeceptisque grammaticorum utendum eſt, quae ſaepiſſime ſibi contraria invenies.

Orta eſt craſis e ſtudio commodae pronuntiationis, quam plebs potiſſimum quaerere ſolet, cuiusmodi exempla vide apud Wolfium in analectorum p. 445. Itaque ea, quae communem vitam fontem habet, a poetis recepta eſt, ita tamen, ut normam quamdam iuſtam ſequuti eſſe multaque trita ac ple-

beia vitasse viderentur. Rarius prosaici scriptores crasibus usi sunt nec nisi paucis quibusdam, qualis est καλὸς κἀγαθὸς, saepius tragici, saepissime omnium comici. Ceterum craseos usus non liber sed definitus est, quippe quae solemnis tantum sit in articulo et praepositivo et postpositivo, in particula καὶ aliisque quibusdam frequentioribus voculis. Neque contractio, neque arctior illa elisio, qua duplex vox tamquam una scribitur, sed crasis tantum signo suo notatur, quod apostropho lenique spiritui simile, coronidem vocatum, mixtae vocali imponunt, ubi ista signa collocari non solent. quamvis haud raro cum spiritu leni eadem sede conveniat. Idem negligitur saepe, ubi per se iam crasis intelligitur, in coniunctionibus firmis ac stabilibus, v. c. ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, ἑαυτοῦ, ταυτὸ, οὕνεκα etc. Sic omittunt quidam, ut Wolfius in analectorum p. 446, coronidem cum spiritu aspero coniunctam, οὑμὸς scribentes pro οὑμὸς, aliaque eiusmodi, in quibus eam non abiecerim, cum etiam alia signa, quibus peritus lector facile caret, praeter necessitatem ponerentur. Tamen in iunctura spiritus lenis et coronidis hanc neglectam non improbo, altero signo simul alterius vicem tenente et utroque importuno. Neque spiritum asperum in θοὔρμαῖον, θοὐκατεῖον, θὤπλα, χὠ, χὤπως, χἠ notari velim, ut voluit Seidlerus in excursu illo, p. 149, recte monente Brunckio ad Aristoph. Lysistrat. v. 277: quum aspiratio transierit in litteram θ, necesse non est, ut spiritus asper adpingatur: scribo itaque θὤπλα, (rectius θὦπλα) quod in aliis simili-

bus observatum. Eadem est Wolfii sententia in analectorum p. 439 sqq.

Neque constantia accentus est, cum acutus saepe scribatur, ubi in aliis similibus circumflexus appareat, qui ob craseos cum contractione similitudinem illum superâre videtur. Tamen utrumvis praeferas, certe constes tibi necesse est. unde sequitur, ut aut τἆνδον, τἆλλα, τοὖργον, τοὖπος, τἆργα, θὤπλα, κἆλλα, κἆτι, χὦτι, χὤστις aliaque, aut τἀνδον, τἀλλα, τοὐργον, τοὐπος, τἀργα, θὠπλα, κἀλλα, κἀτι, χὠτι, χὠστις scribenda sint. Wolfius quidem in analectorum Tom. I, part. 2, p. 431 sqq. scipturam τἆλλα, non τἀλλα probare laborat, tamquam non vera crasis sit: sed talem esse ostendit analogia similium, v. c. τἀπὸ pro τὰ ἀπὸ, τἀγαθὰ, τἀληθῆ etc., cum elisio ista articuli rarissima ante αἰ et longas voeales huc quidem trahi nequeat. Ceterum ne ad hemicrasin confugiamus, monet nos idem sonus in τ' ἄλλα i. e. τε ἄλλα, et τἆλλα i. e. τὰ ἄλλα, eliso alpha articuli, nec producta per crasin mixta vocali. Iam igitur perspicuitas postulat, ut τἀλλα scriptum aeque ac μᾶλλον et similia pronuntiemus. Itaque ego neque de crasi dubito, neque de accentu, modo constare nobis velimus. Audias Elmsleium ad Eurip. Med. 888: Qui τοὖργον et τοὖπος scribunt, eodem iure τἆργα et τἆλλα scribere possunt. Utriusque enim numeri scriptura iisdem argumentis nititur. Qui vero τοὐργον scribunt, quod faciunt plerique, τἀργα scribere debent, modo sibi constare velint. Non assentior igitur Wolfio dicenti p. 434 (analectorum) *contra τοὐρ-*

γον pluralem habet τἄργα, non τἆργα, ut Soph. El. 623. Cf. etiam Buttmanni ampl. graec. gramm. p. 116. Duplicem accentum genuit dubitatio quorumdam grammaticorum, qui aut elisionem videbant, aut si crasin, circumflexum tantum ex acuto cum gravi, non ex gravi cum acuto oriri posse censebant. Sed vide Buttmannum ibid. p. 112, 7. Ceterum in his crasis circumflexum postulat, cum, ut paullo ante dictum est, contractionis leges sequatur. In reliquis, ubi accentus in mixta vocali non coeunt, vel ubi duplex est gravis, prioris vocis tenor perit.

Accedit dubitatio de iota subscripto. Atque in duplici iota diphthongorum duarum alterum abiiciendum esse omnes consentiunt recte. Vid. Seidleri excurs. ad Eurip. Troad. p. 147: nam alterum modo auditur, neque utrumque concedit analogia scribendique ratio. itaque pro καὶ εἶτα, καὶ οἰκίαν scribendum κᾆτα, κᾠκίαν. Eodem fere modo pro spiritu leni et coronide unum signum ponendum esse supra diximus. Sed ideo in medio contrahendarum vocalium positum iota prorsus abiicere mihi quidem non probatur, cum praesertim idem in fine positum subscribatur, ut in ἐγᾦδα, ἐγᾦμαι, τᾠκίδιον Aristoph. nub. 92. Quamvis pars grammaticorum (vid. Seidleri illum excursum, p. 148) et veterum monumentorum, ut inscriptio Sigea, quae ΚΑΓΩ ΚΑΠΙΣΤΑΤΟΝ diserte praebet, omitti iubeant, et quin ita ab aliis scriptum sit, ego minime dubitem. Hi enim non auditum iota neque signo exprimendum esse arbitrati etiam pronuntiationem literis imitati sunt, alii contra

iidemque, ut mihi videntur, accuratiores ſervarunt, cum etſi vix audiretur, tamen iuſta cauſa, ex qua eſſet abiiciendum, non appareret. In vetuſtioribus codicibus modo adſcriptum iota erat., ex vetere illa ratione non ſubſcriptum, modo omiſſum, (vid. etiam Porſo ad Eurip. Hecub. p. 4 et 17 edit. Lipſienſ. alt. et ad Med. p. 502,) ita ut duplicem ſcribendi rationem iam ab antiquis obſervatam eſſe maxime ſit probabile, neque in craſi ſolum, ſed etiam in infinitivis in ᾷν et ᾶν exeuntibus, aliisque. cf. Elmſleius ad Eurip. Med. vv. 222, 358, 466, 520, 674, 801, 946, 989, et Hermannus in emendanda ratione graecae grammaticae I, p. 37. Itaque κᾆν, κᾀγὼ, κᾆπειτα, τῷμῷ, τῇμῇ, χῴ (cum iota ſubſcripto, quamvis χῴ pictum diſerte habet Etymolog. magn. p. 816, 33,) et quae ſunt ſimilia, ſcripta malo. Neu provoces ad τἀνδρὶ aliaque, in quibus ῳ prorſus abſorbetur, ita ut ſimul iota deleatur neceſſe ſit. Vocales αιε in ᾳ ſimiliter quodammodo tranſeunt, ac ſi vernacula lingua *Laien*, i. e. profanos, pronunties monoſyllabum *Laiñ*. Et manifeſtum eſt, καί ἐστι contractum καἶστι (ſcribe κᾄστι) potius auribus percipi, quam κἄστι. Integra igitur vel certe agnitu facili monophthongo, cum quo iota coniunctum diphthongum efficit, in craſi medium iota ſubſcribendum: evaneſcente contra illo monophthongo, una iota evaneſcat neceſſe eſt. Hinc neque τᾆν, τᾆρα, ſed τᾶν, τἆρα ſcribendum, prorſus pereunte diphthongo. Quae utrum etiam eliſionem patiantur interdum, dubitari licet, hoc ipſum negante Porſone ad Eurip. Med. v. 862, cui adverſatur Lo-

beckius ad Aiac. v. 534. Certe analogia passim elisorum pronominum μοὶ et σοὶ, de quibus supra egimus, tunc scribendi ratio οὔτ' ἆρα, τ' οὖ, et quae sunt similia, denique exemplum Homeri (vid. Thierschii graec. gramm. §. 164, 2, not. 2) ipseque Aiacis ille locus πρέπον γέ τ' ἦν ἂν nonnumquam quandam elisionem sibi Graecos in particula τοι indulsisse, probare videntur, quamvis res nondum sit ad liquidum perducta. Vide Buttmanni ampl. graec. grammat. p. 123 sq.

Nunc ad singula quaedam convertamur. Et primum quidem Reisigius in syntagm. critici, praestantissimi et iam saepe commemorati libelli p. 21 sq. nunc quaeramus, inquit, cur οὐ non possit crasin efficere. Non potest autem propterea, ut arbitror, quia particula quum sit ex earum numero, quas Hermannus procliticas nominavit, tum natura eius vocis huiusmodi est, ut nullo modo transire in aliam vocem queat. Nam proclitica particula, utpote quae ipsa suum tenorem inclinat in proxime insequens vocabulum, non potuit ita efferri pronuntiando, ut ipsius insequentis vocabuli vox ab initio tota per illam obrueretur ac penitus delitesceret, illa contra plena atque integra servaretur. Id caussae est, cur etiam εἰ negem posse in crasin adhiberi. Pergit idem vir doctus p. 23: Illis igitur constitutis efficitur, non magis quam οὐ 'γώ vel εἰ 'γώ potuisse Graeco ore proferri ἡ 'γαθή, οἱ 'γαθοί, αἱ 'γαθαί, οἱ 'μοί, cetera similia, neque aliter has voces per crasin nisi in tertiam naturam, consociari posse, ἁγαθή, ἁγαθοί,

ἀ'γαθαί, οὔμοι, quia ἡ, αἱ, οἱ ſint procliticae, neque ſuapte vi poſſunt inſequentis vocabuli initium, in quo nituntur, funditus abſumere. Huic ſumme venerandi ac dilectiſſimi praeceptoris mei ſtudiorumque moderatoris ſententiae opponere haec liceat: primum οὐ ante vocalem in οὐκ vel οὐχ tranſire uſitatum eſſe, ut illa eliſio οὐ 'γώ uſui contraria putanda ſit; idem fere de particula εἰ valet, cui ante vocalem poſitae, γέ addi ſolet, qua de re vid. Marklandus ad Eurip. ſuppl. v. 109. Deinde cum atonon inſequenti voci quaſi inhaereat, ut unum totum efficere videatur, eliſio vocalis literae, quae ſyncope tunc vocatur, etiam in una voce conceditur. Vid. Matthiae graeci gramm., §. 26, Buttmanni ampl. graec. gramm. §. 27. Denique quamvis craſis articuli habeat, quo nitatur, neq repugnet diſciplinae, tamen reſpiciendus in his uſus eſt, qui ſaepe contrarius eſt praeceptorum conſtantiae. Iam ſupra de eliſo alpha poſt articulum diximus, ut non ſatis circumſpecte Porſo ad Eurip. Phoeniſſ. 903 articulum cum α brevi in α longum ſemper coaleſcere contenderit: nunc videamus, an ſingularis maſculinum articuli cum ſequente alpha brevi in unum quoddam commiſceri queat.

Vulgo, quod omnibus notum, ubi de incerto viro agitur, ἀνήρ, ubi de certo ac definito, ita ut articulus requiratur, ὁ ἀνήρ in ſoluta oratione, in tragicorum quidem fabulis nunc ἁ'νήρ ſcribitur, (olim ὡ'νήρ per ionicam craſin, vid. Matthiae graec. gramm. §. 55, quae, etſi tolerabilis, ut Wolfius in analectorum I, 2, p. 457 exemplis χειρώναξ et ... ex χεῖρο

ἄναξ et αἰδόα probat, tamen in tragicorum libris manuſcriptis rariſſime quaerenti occurrit, ut in Ariſtoph. nub. v. 1249 ὠ'παιτῶν i. e. ὁ ἀπαιτῶν, veſp. 207, Eur. Med. v. 769 etc. ὠ'νὴρ, vid. Brunckius ad Sophocl. Oed. in Colon. v. 1486, pariter atque ὠὗτὸς, cuius aliquot exempla infra afferam, licet Gregorius Corinthius in attic. 93 atticam craſin nuncupet,) quae ſcriptura a Daweſio in miſcellan. critt. p. 123 ex inſcriptione Sigea, ubi ΗΑΙΣΟΠΟΣ ΚΑΙ ΗΑΔΕΛΦΟΙ legitur, commendata eſt, ita ut nunc in recentioribus editionibus praeter ἀ'νὴρ etiam ἀ'γὼν, ἄ'νθρωπος, ἀ'δελφὸς, αὑτὸς, ſimilia, ederentur pro ὁ ἀνὴρ, ὁ ἀγὼν etc. Cui teſtimonio accedit alterum Apollonii de coniunctionibus p. 495 in Beckeri anecdotis, ἄμεινον οὖν παραδέξασθαι Δωρικὴν μετάθεσιν τοῦ ε εἰς τὸ α, καὶ ὡς ὁ ἀνὴρ ἀνήρ, ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος, οὕτως τὸ ἕτερον θάτερόν ἐστι. Quam craſin ipſis pedeſtribus ſcriptoribus inferri vult Reiſigius in coniectaneorum I, p. 182 propterea, quod Atticis dicere non liceat οὗτος ἀνὴρ, ſed οὗτος ὁ ἀνήρ. Equidem hancce craſin probari poſſe non negaverim, et poetas fortaſſe quosdam antiquiſſimos, quorum opera interierint, ita eſſe loquutos: attamen tragicorum dicendi rationem eſſe perſuadere mihi non poſſum. Cuius iudicii argumenta haec ſunt: primum enim addidiſſe veteres ſpiritum certe aſperum conſtat, qua de re vid. Matthiae graec. gramm. §. 19. not., et Buttmanni prolix. graec. gramm. §. 6. p. 25, quod ipſum Sigea inſcriptione probatur. Quod cum ita ſit, cur quaero numquam in tragicorum fabulis ἁ'νὴρ,

ἀ'γών et alia sic scripta reperiuntur? grammaticis, ut ex Apollonii verbis intelligitur, crasin illam cognitam habentibus. quo modo antiqua illa spiritus asperi signa H et Ⱶ in contrarium lenem spiritum, neque in asperum transierunt? praesertim cum tragicorum graecorum fabulae per longum tempus et agerentur et audirentur, cumque in aliis, ut in αὑτοῦ et αὐτοῦ spiritus observaretur. Quae iam sufficerent ad infringendam novam scripturam ἁ'νήρ sive ἀνὴρ, ut nonnullis scribere placuit. Accedit alterum argumentum, quod ad omissum articulum spectat: articulus enim, qui in talibus ab editoribus desiderabatur, necessarius non est, quippe qui in aliis quoque simillimis a tragicorum exemplaribus saepissime absit. Sic in Aiac. 807 ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη, Antig. 1282 γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ. Saepe πατὴρ caret articulo, ut in Aiac. 541 ὦ παῖ, πατὴρ καλεῖ σε. cf. vv. 548, 550 et Porso in praefat. ad Eur. Hecub. p. 37, atque μήτηρ Electr. v. 406, ἄναξ Antig. 1257, Trachin. 155, 274. cf. Schaeferus ad Oedip. in Colon. v. 1348, πόλις, vid. idem vir doctus ad Oed. reg. v. 630, στρατὸς Electr. 749, ἀπαντῶντες Aristoph. nub. v. 451, ἀρχαὶ ibidem v. 1198, ἄνθρακες Acharn. v. 348. Sic παῖς, τέκνον, ἄνθρωπος et masculino et feminino genere, vid. notata ad Aristoph. Lysistr. v. 936, δόμος, θεὸς, δαίμονες Philoct. 447, 462, βασιλεὺς, aliaque sexcenta sine articulo se obtrudunt in tragicis ceterisque auctoribus, qui omnes e lectitando Homero absentiam articuli tolerare didicerant. cf. Schaeferi meletemata critt. p. 4. Neque desunt

ipsius vocis ἀνὴρ etiam in obliquis casibus exempla, v. c. Trachin. v. 55, 108, 150, Aiac. 59, 221, 1186 etc., quam saepe licet pronomine *ille*, nostrisque *jener*, *er* vertendo reddere. Ipsi prosaici passim sine articulo ἀνὴρ dicunt, ut Herodot. 3. 35. Πρηξάσπεα ὁρέοντα ἄνδρα οὐ φρενήρεα. cf. Wyttenbachius ad Platon. Phaedon. p. 257, Heindorfius ad eiusdem dialogi §. 108, Reisigius in commentationibus criticis Oedipi Colonei v. 32, et Wolfius in analectorum I, 2, p. 458, qui ipse proxima pagina quaerit, num mutent Dawesii sectatores etiam ἔστηκ' ἀνὴρ in ἕστηχ' ἁνήρ, quin etiam consulere, pergit, peritos licebit de vocabulis, quae iam asperum spiritum gerunt, ἅρπαξ, ἁβρὸς, ἑπτὰ, si cui forte in Thebana fabula hoc dicere placuit: in quibus profecto spiritus spiritui insidens facetum negotium fuisset. Cum Wolfio etiam Buttmannus hac de crasi recte dubitat in ampl. graec. gramm. p. 119 sq. et ad Philoct. v. 40. Nominativo ἀνὴρ, eandem vim cum ὁ ἀνὴρ habente, pro iambo suo evitarunt tragici, ne vox iam articulo privata etiam vocalis longae gravitatem amitteret: quod ipsum de aliis eiusmodi vocabulis dictum volo. At initium senarii nominativus saepe facit, (v. c. in Oedip. Colon. v. 1665 ἀνὴρ γὰρ οὐ στενακτὸς — ἐξεπέμπετο, cf. Trachin. v. 346, 1238, Aiac. v. 337, 343 etc.) qua in sede ictus tangit ultimam, nomenque ipsum pro spondeo pronuntiari potest, ut fieri debet, ubi in arsi prior syllaba ponitur, qua vis eius augeatur. Ceterum per se iam paenultima anceps est, neque raro producitur, quod iam Lobeckius ad Aiac. v. 1182 in

carminibus et anapaestis melicis recte concessit. Quae licentia tamen latius extendenda. tragici nempe epicorum quantitatem in voce ἀνὴρ passim retinuerunt, ut iam Valckenaerio visum est ad Eurip. Phoeniss. v. 1650 et Brunckio ad Aristoph. vesp. v. 269. Neque desunt similium vocum productarum exempla, v. c. ἀεὶ, ἄρης, ἀΐω, ἀΐσσω etc., de quibus alio loco agemus. Sic servatur in innumerabilibus ferme versibus vulgata, quam ab ipsis tragicis poetis profectam esse omnia indicant. In Soph. Aiac. v. 1355 ὅδ' ἐχθρὸς ἁνὴρ, quod nunc legitur, longe superatur vulgato ὅδ' ἐχθρὸς ἀνήρ. Eodem modo in Eurip. Orest. 851 restituenda vulgata scriptura est ἀτὰρ τίς ἀγὼν etc., cuius loco Porso ἀτάρ τίς ἁγὼν dedit. Sic Soph. Electr. v. 1492 νῦν ἐστὶν ἀγὼν, Oed. in Col. v. 1148 χὥπως μὲν ἀγὼν, Eurip. Phoeniss. v. 597 μῆτερ, οὐ λόγων ἔτ' ἀγὼν, ubi vulgo contra metrum ἔστ' ἀγὼν legitur, Heraclid. v. 722 ὡς ἐγγὺς ἀγὼν, suppl. v. 754 ὧν δ' οὕνεκ' ἀγὼν, Hercul. fur. v. 1189 Ἥρας ὅδ' ἀγὼν, Aristoph. vesp. v. 534 σοὶ μέγας ἔστ' ἀγών! In Trachin. v. 434 ἄνθρωπος, ὦ δέσποιν', ἀποστήτω non corrigendum, neque ἅνδρες scribendum pro οἱ ἄνδρες in Aiac. v. 99, Electr. 1398 etc. Quibus argumentis adducor, ut tragicos omni atono articulo literae α per crasin mixto abstinuisse censeam, atque aut elisione usos esse, ubi fieri licebat, qua de re supra dictum est; aut abesse prorsus articulum epico et poetico more maluisse, quem praefixa litera τ, qua facilius cognosceretur, commisceri passi sint. Quocirca neque ἰατρὸς, ἰαχὴ, ἰὸς

usquam reperiuntur, quamvis θοἰμάτιον, θαἰμάτια, neque ὑἱὸς, ὕπνος, ὕλη, quamvis θοὔδωρ, θοὔδατος passim legas. vid. Lobeckius ad Aiac. p. 221, Elmsleius ad Eur. Med. v. 56, Seidlerus ad Iphig. in Taur. v. 335. Itaque cum negari crasis in ἁνὴρ ac similibus nequeat, certe plebeiam et communi vitae propriam iudicamus, ideo quoque tragicis aliisque poetis repudiatam, quod simul ὁ, ὅ, ἅ-ἀνὴρ inesse ei possent, tolerantibus haec minus politis vulgi auribus. Unde plebeiam dicendi rationem et in inscriptione Sigea et in Apollonii verbis contineri tibi persuadeas.

Ut ἁνὴρ, similia, ita etiam ἁὐτὸς pro ὁ αὐτὸς improbo, cum hoc frustra in libris quaerens, semper aut αὑτὸς aut ὡὐτὸς scriptum invenias, quamvis hoc ipsum rarissime, ut in Philoct. v. 521, Eurip. Alcest. v. 140, Troad. 1274 ed. Seidleri. Itaque ubicunque nunc ἁὐτὸς illatum est, restituendum censeo vulgatum αὐτὸς, tragicos in hac re epicis se accinxisse ratus, quibus αὐτὸς *is ipse* vel *idem* valet. cf. Schaeferus in melett. critt. p. 65, Matthias in gramm. graec. §. 472, 10. Sic nos quoque pronomina *er* et *derselbe* saepe confundimus. Exempla Sophoclis haec fere sunt: Electr. 917, Philoct. 119, 521, 1330, Oedip. reg. 459, 556, 1205, Antig. 929:

ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ (pro αἱ αὐταὶ)
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσι.

Itaque in Aristophanis nub. v. 1185 αὐτὴ intactum relinquo, ab Hermanno in ἡὐτὴ, a Reisigio in ἁὐτὴ mutatum. Insigne est exemplum, quod Soph. Philoct.

v. 900 legitur: εἰς σὲ γὰρ πομπόν τε καὐτὸν ἄγγελον ἥκω, quod non nisi audacia quadam ad normam grammaticorum redigi poteſt. Durius quoque, tenuem ubi praecedit literam in aſpiratam commutare. Qua in re gaudeo Buttmannum habere ſocium, cuius veriſſima meo iudicio nota ad Philoct. v. 119 lectu eſt digniſſima, quique etiam hoc obſervat, ſcholiaſten ad Eur. Phoeniſſ. v. 927 ἀνὴρ ὅδ' οὐκέτ' αὐτὸς haec annotantem: ἐνταῦθα δὲ λείπει τὸ ἄρθρον ποιητικῶς, praepoſtere ſpernendum non eſſe. Vide ad illum locum Valckenaerium.

Mire et contra analogiam articulum cum pronomine ἕτερος, quo utuntur, aut cum forma dorica ἄτερος, correpto alpha, ut Ἄρταμις dorice pro Ἄρτεμις dicitur, per craſin in ἅτερος miſceri maluerunt ſcenici poetae, cuius rei cauſa, nobis non ſatis cognita, frequentius in plebe auditum οὕτερος, aut aliud quid fuiſſe videtur. Poſtea invita grammaticae doctrina formata quaedam ſunt, qualia fuere ὁ θάτερος et τὸν θάτερον, a tragicorum fabulis aliena, quibus tantum in uſu eſt ἅτερος pro ὁ ἕτερος, ut in Eurip. Phoeniſſ. v. 1393 etc., ἅτεροι Iphig. in Taur. v. 325, θατέρου ibidem v. 249, θατέρῳ Hippol. v. 349, ubi vid. Valckenaerius. Ceterum cff. Thom. Magiſter v. ἅτερος, interpretes ad Gregor. Corinth. p. 302, 304 ſq. edit. Schaeferi, Brunck. ad Ariſtoph. veſp. v. 841. praeterea Matthiae graec. gramm. p. 55, et Buttmanni ampl. graec. gramm. p. 121, ubi plura reperies. In Trach. 271 optimi libri θητέρᾳ dant.

Perſequamur reliqua. Atque de nota illa craſi

praepofitionis πρὸ cum vocalibus literis ε et α vid. Matthiae graec. gramm. §. 43 not., et Buttmanni p. 123.

Tenuis litera ante afpiratam vocalem ut in elifione, ita in crafi afpiratur, quod probat fcriptura θὦπλα, θοὔρμαιον Antig. v. 397, θἀτέρου, χὡ, χᾆτερος Eurip. fuppl. v. 573. Vid. Seidlerus ad Eurip. Iphig. in Taur. v. 335, cum quibus comparari quodammodo poffunt φροῦδος et φροίμιον.

Ambiguitatem quarumdam crafium quod attinet, v. c. τἀπὸ (τὸ, τοῦ, τῷ, τὰ-ἀπὸ), τοὐπὶ (τὸ, τοῦ-ἐπὶ), οὑμοὶ (ὁ, ὃ, οἱ-ἐμοὶ), οὑν (ὁ, ὃ, οἱ-ἐν), etc., de qua re confulatur Wolfius in analectorum p. 454, quamvis minoris diligentiae fpecimen prae fe ferant, tamen iam ex ipfa proximorum verborum fententia fatis intelliguntur, ut recte obfervavit Reifigius in fyntagm. crit. p. 23. Ceterum in quibusdam accentu diftinctio fit, ut in κᾄν i. e. καὶ ἂν et κᾀν i. e. καὶ ἐν, v. c. in Oedip. reg. v. 662 κᾀν πόλει.

Neque propriorum nominum crafibus tragici abftinuerunt, qualis eft οὑδυσσεὺς in Soph. Philoct. 572, aliaeque, in quibus ne quem parva vocalis offendat, hanc antiquam effe fcripturam reputet.

Supereft ut breviter moneamus, et crafes faepe in libris elifionum inftar fcriptas inveniri imperitia grammaticorum fcribarumque, et quamvis hoc rarius, quae crafes non fint, harum prae fe ferre fpeciem. Ita flagitante metro in Eurip. Oreft. v. 852 pro τἀκεῖθεν, τὰ κεῖθεν, et in Soph. Aiac. v. 6 pro τἀκεί-

νου, *τὰ κείνου* ſcribendum eſt, recteque nunc ſcribitur. Vid. Valckenaerius ad Eurip. Phoeniſſ. v. 462.

Vertamur ad *ſynizeſin* ſive *ſynecphoneſin*, quae cum contractione, craſi atque eliſione ad *ſynaloephen*, commune omnis vocalium coniunctionis nomen, refertur. Nam cum in craſi et audiretur aure et oculis conſpiceretur commiſcendo orta nova vocalis litera, hic auditur illa quidem, neque tamen cernitur. Hoc ita inſtitutum eſt propterea, quod vocabulorum natura, abiectis non auditis vocalibus, vix cognoſceretur. Quod cum fieret et in una et in duplici voce, diſcriminis cauſa, quoniam eiusdem rei duo in promptu ſunt nomina, illud genus ſynizeſin, hoc ſynecphoneſin vocare mihi placuit. quarum altera contractioni et ſyncopae, altera craſi et eliſioni cognata eſt, ita tamen, ut tunc demum adhibita ſit, ubi illa non poterant.

Frequens eſt *ſynizeſis* iam in epicis Homeri aliorumque carminibus. vid. Thierſchii graec. gramm. §. 149, Buttmanni prolix. graec. gramm. p. 110 ſq., Matthiae graec. gramm. p. 911, Wolfii analecta I, 2, p. 447 ſq., Spitznerus de verſu graecorum heroico p. 179 ſqq., frequens etiam in ſcenicorum fabulis, qua de re conſulatur Hermannus in elemm. doctr. metr. p. 62 ſqq. cuius exemplis haec Sophoclea quaedam addere liceat, quae pro corruptis habenda non erant iis, quibus ſynizeſeos uſus reſtringendus eſſe videbatur. Aiacis. v. 358 legebatur in libris

ἁλίαν ὃς ἐπέβας ἑλίσσων πλάταν,

et in ſtropha, v. 350

– *μόνοι τ' ἐμμένοντες ὀρθῷ νόμῳ.*

Ibi si ἀλίαν disyllabum pronuntiatur, mutatione ἅλιον opus non est. Ibidem, vv. 608, 621 pro vulgata

τὸν ἀπότροπον ἄϊδηλον Ἅιδαν —
ἔπεσ' ἔπεσεν μελέοις Ἀτρείδαις,

nunc est scriptum ἔπεσ' ἔπεσε μελέοις. At librorum scriptura sana est, cum μελέοις bisyllabum sit. Versus sunt iambici. V. 704, 717 vulgo

ὁ Δάλιος εὔγνωστος —
Αἴας μετεγνώσθη,

ubi nunc e Suida et nonnullis codicibus μετανεγνώσθη receptum est. At Δάλιος bisyllabum pronuntiandum. In Oedip. reg. v. 866 δι' αἰθέρα dactylo par est et respondet antistrophico ἀπότο in ἀπότομον, v. 876. Quae synizesis defenditur exemplis ab Hermanno in elementis doctr. metr. p. 54 allatis, Aesch. Pers. 1043. δίαινε et suppl. 800 δι' ὑδρηλά. Ibidem v. 1108 Νυμφᾶν Ἑλικωνιάδων in νυμφᾶν Ἑλικωνίδων mutandum non erat, cum Ἑλικωνιάδων hic vox quinque syllabarum pronuntianda esset. Inde defenditur in Philoct. v. 1333 Ἀσκληπιάδων, quae vulgata scriptura videtur, et in Oedip. Colon. v. 1313 Ἀμφιάρεως, quod ibi trisyllabum est. V. 1360 dochmius est νῦν δ' ἄθλιος μὲν εἰμ', voce ἄθλιος disyllaba, ut corrigendum ἄθεος non sit. In Antig. v. 527 optimi libri praebent φιλάδελφα κάτω δάκρυα λειβομένη, in quo versu anapaestico synizesis probatur exemplis Hermanni in libri laudati p. 53 collectis, cf. Reisigius in commentationibus criticis Oedipi Colonei v. 1355. In Trachin. v. 640 quod vulgo in libris extat, Πυλάτιδες καλέου-

ται, optime respondet antistrophico versui 648 λάφυρ' ἔχων ἐπ' οἴκους. In strophico enim versu καλέονται trisyllabum est. Huc pertinet ἐλεεινὸς et ἐλεεινῶς, quod utrumque apud tragicos quadrisyllabum quidem scribitur, sed trisyllabum pronuntiandum est. Vide supra. Neque ἰὼ ubi monosyllabum reperitur, in ῶ mutes necesse est. cf. Aiac. v. 610 ἰώ μοί, μοι, Electr. v. 121 ἰὼ παῖ, παῖ, Aiac. 901 ἰώ μοι, ut in Oedip. Colon. v. 519. Sic ἰὼ Παλλὰς in Trachin. v. 1032 et aliis locis.

Non minus usitata apud Atticos potissimum *synecphonesis* est. vid. Hermannus in elemm. doctr. metr. p. 55, quamvis ne ab epicis quidem prorsus repudiatur. Adeas Thierschii graec. gramm. §. 149, 5, Buttmanni graec. gramm. ampl. p. 118, Spitznerum ac Wolfii analectt. locis laudatis, ubi tamen exempla, in quibus longam monophthongum vel diphthongum brevis excipit, elisioni adnumeranda sunt. Per synecphonesin coalescunt fere haec: ἐγὼ οὐ, vid. Brunckius ad Oedip. reg. v. 332, et in addendis ad Aristoph. ran. v. 515, ἐγώ εἰμι et similia, idem ad Oedip. reg. v. 332 et ad Philoct. v. 585, μὴ οὐ idem in indice ad Aristophanem, et ad Oedip. reg. vv. 221, 993, Valckenaerius ad Hippol. v. 48 p. 169, μὴ εἰδέναι, Brunckius ad Oedip. in Colon. v. 1155, Seidlerus ad Eurip. Electr. v. 956, ἐπεὶ οὐ, Philoct. v. 446, Brunckius ad Aristoph. Lysistr. v. 273. Fortasse etiam καὶ εὐσταλὴς Philoct. v. 780, μὴ ἡμεῖς Aristoph. Thesmoph. v. 536. cf Reisigii syntagm. crit. p. 33, τοῦ οὐκ apud Archilochum, XVI, in Brunckii analectt.

Vol. I, p. 43. cf. Reisigius ibidem, ἔα αὐτὸ Aristoph. Lysistr. v. 945. Vid. Brunckius ad Aristoph. ran. v. 1243 et ad Soph. Oed. in Col. v. 1192, Wolfius in analectorum I, 2, p. 456, extr., τῇ οἰκίᾳ pro τῴκίᾳ, Aristoph. vesp. v. 827. cf. Reisigii syntagm. p. 33. Excipiuntur diphthongi αι et οι, quippe quae ad elisionem pertineant et crasin, praeterea ἐγὼ in ἐγῷδα, ἐγῷμαι et ἐγῳχόμην, Aristoph. ecclesiaz. v. 550 (574). cf. Reisigii coniectann. I, p. 309, et syntagm. crit. p. 33, quod tamen fortasse rectius per synecphonesin ἐγὼ ᾠχόμην scriberetur.

Non deletur interpunctione synecphonesis, cuius rei exemplum Wolfius in analectorum I, 2, p. 449 affert Aristoph. Thesmoph. v. 288 εἰ δὲ μή, ἀλλὰ νῦν λέγειν, nisi hoc potius ad prodolisionem referas. Ceterum in pluribus dubia est pronuntiandi ratio, deficiente nos huius rei doctrina.

Finem faciat disputatio *literae ν paragogicae*, de qua etiam nunc inter viros doctos dubitatur. Tamen Porsonem ad Eurip. Orest. v. 64 et Hermannum in libro, quem de emendanda ratione graecae grammaticae scripsit, p. 13 sqq. sequuti sunt plurimi. quorum uterque ν paragogicum sequente muta cum liquida, ipseque Hermannus in fine versus atque orationis, ut aptam iustamque pausam constitueret, ponendum esse iudicavit. Neque male hi duumviri disputaverunt, neque ego magnopere dubitarem, quin cum iis facerem, nisi quaerenti mihi hac de re aliter statuendum esse visum esset. Non enim magis Porso, quam Hermannus codicibus in litera ν paragogica et

scribenda et omittenda parum fidei concedunt, qua in re aliter sentio. Nam licet in singulis saepe deserendi sint, tamen ubi constant sibi, criticorumque ratiocinatio ad alium nos ducit finem, quam libri, magna suspicio nascatur non satis veri iudicii necesse est. Atque ita est. Et producendi quidem vim illius literae quod attinet, non nego quidem, ubi brevis syllaba nullo modo vim longae accipere possit et tamen longa requiratur, in terminationibus, quibus ν paragogicum convenit, contra ipsos codices addendum esse, ut in Eurip. Orest. v. 12 ᾧ στέμματα ξήνασ' ἐπέκλωσεν θεὰ, ubi vulgata scriptura ἐπέκλωσε θεὰ metro repugnat, pariter atque in Soph. Electr. v. 1219, quo senarius perperam exit in οὐκ ἔστι τάφος. At in arsi hexametri invitis veteribus testibus minime erat adiiciendum, quod Hermanno, aliis, placuit. Tum enim omnes breves accentusque expertes syllabae in arsi mutandae essent, quod fieri non licet. vid. Thierschii graec. gramm. §. 147, p. 177 sqq. Neque nego ante mutam cum liquida, quae non necessario praecedentem syllabam producat, addi illud ν licere. At cum in tota Graecorum lingua conspicuum sit consonantium literarum copiam ac duritiem molliendi studium, ideoque minuantur potius quam augeantur, cumque formae ἄμβροτος, φαεσίμβροτος etc. non tam metri quam gravitatis causa in gravi oratione adhibeantur, repugnare illi studio ν paragogicum praeter necessitatem positum, et cum indole linguae quodammodo dimicare arbitror. Unde explicatur, quod plerumque in veteribus manuscriptis

libris et editionibus tunc omittatur, ubi e novissimorum grammaticorum doctrina opus est. Quod ipsum haud leve argumentum. Tunc verum quidem, brevem vocalem ante mutam cum liquida saepius corripi quam produci, sed Porso, qui loco laudato: ubi verbum, inquit, in brevem vocalem desinit, eamque duae consonantes excipiunt, quae brevem manere patiantur, vix credo exempla indubiae fidei inveniri posse, in quibus syllaba ista producatur, Porso, inquam, rem nimis auxit, idemque fecit Erfurdtus, qui in nota ad Soph. Aiac. v. 1109 et in Koenigsberg. Archiv. III, p. 442 (vid. etiam Seidlerus de versibus dochmiacis, p. 21, 409) contra Lobeckium et pro Porsone multorum quae collegit exemplorum maiorem partem corrigere non dubitavit, quo ipsa regula admodum incerta redditur. Ceterum cum anapaesticis versibus et dactylicis licentiam productarum brevium vocalium ante mutam cum liquida ipse concedat Erfurdtus, quidni etiam in senariis non numquam sibi hoc indulsisse tragicos credamus? praesertim cum alia quoque lyricis carminibus propria in hoc versuum genus introduxisse eos videamus. Porro cum in similibus syllabis a metricis probetur et productio et correptio, ut in μν, δμ, γλ, βλ, ab Erfurdto quidem ad Aiac. v. 1066, Hermanno in elemm. doctr. metr. p. 46, §. 7: quidni etiam in aliis eiusmodi concedatur? Denique ut in compositis vocibus brevis vocalis ante mutam cum liquida modo producitur, modo corripitur, (vide quos Hermannus libri laudati p. 45 nominat viros doctos) ita etiam

in fine vocis idem factum esse perquam est probabile. Sic ante φρ in Aiac. v. 1120 σμικρὰ φρονεῖν, Aesch. Pers. 779 νέα φρονεῖ, (cf. Lobeckius ad Aiac. v. 1109) Aristoph. nub. v. 189 ἔτι φροντίζετε, extraque iambos in Soph. Electr. v. 147 ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' ἄραρε φρένας, et in Trachin. v. 984 βάρος ἄπλετον ἐμμέμονε φρήν. De κλ vid. Seidlerus, quem legi iubeo, ad Eurip. Electr. v. 1053. Praeter ea, quae in Erfurdti disputatione frustra mutata sunt, quaeque facile cognoscuntur, magna extat exemplorum copia, in quorum plurimis ν paragogicum libri respuunt. Sic in Antig. v. 897 ἐλπίσι τρέφω, ibid. v. 1107 ἄλλοισι τρέπε, Philoct. v. 304 τοῖσι σώφροσι βροτῶν. cf. Lobeckius ad Aiac. v. 1114. Neque in melicis ν paragogicum ante mutam cum liquida ponendum erat, cum in his maior esset, quam in iambis licentia. Itaque in Sophoclis Electra haec sunt perperam additi ν paragogici exempla, v. 147 ἄραρε φρένας, v. 669 ἀπέστειλε βροτῶν, 860 πᾶσι θνατοῖς ἔφυ μόρος. Quod si recte iudico, tum demum, ubi insolentius metrum est, litera illa paragogica ad producendam syllabam addi solebat, ubi notum et solitum, ut iambicum, trochaicum, anapaesticum, dactylicum, dochmiacum et alia, tamquam inutilis a poetis plerumque omittebatur. Ex exemplis enim et graecae linguae ingenio colligere mihi videor, neque temere illa litera Graecos usos esse, et libentius omisisse quam addidisse. Cum enim brevis vocalis ante mutam cum liquida producta concederetur, quid est quod addatur ν paragogicum? neque umquam puto ante στ in libris legi-

tur, quae literae sufficiant ad producendam praecedentem brevem syllabam, et faciant ut σὺν in compositione ν finale abiiciat, ut in συστέλλω, aliis. Quare in Soph. Electr. v. 458 vulgatam χερσὶ στέφωμεν, ab Erfurdto in χερσὶν στέφωμεν mutatam, recte Hermannus in sua editione restituit. Sic in Antig. v. 509 perperam Erfurdtus in editionibus suis (cf. addenda ad minorem editionem) contraque libros scripsit ὑπίλλουσιν στόμα. Tamen ubi ante mutam cum liquida in optimis codicibus illa paragogica litera legitur, equidem non deleo, quamvis non intrudam contra libros.

Etiam in fine versus et sententiae ν illud e superioribus rationibus vulgo in libris omittitur, quibus invitis addendum non duco. Perperam igitur in Electr. v. 75 ὅσπερ ἀνδράσιν Μέγιστος, v. 279 κατέκτανεν, Ταύτῃ, 441 ἐπέστεφεν· Σκέψαι, 613 ὕβρισεν, Καὶ, 967 βουλεύμασιν, Πρῶτον, 1187 ἄλγεσιν. Electra: καὶ μὴν etc., 1425 ἐθέσπισεν. Electra: τέθνηκεν, Philoct. v. 161 ἄπεστιν; Neopt: δῆλον, ab editoribus contra codices additum nunc legitur. Elegantiae tamen atque euphoniae causa in fine sententiae, nova sententia a vocali incipiente, in libris adiectum reperimus, ut v. 409 ἤρεσεν. Chrysothemis: ἐκ δείματος, v. 989 πεφυκόσιν. Chorus: ἐν τοῖς τοιούτοις, 1465 τοῖς κρείσσοσιν. Aegisthus: ὦ Ζεῦ. Rarissime in fine versus, sequente consonante litera ν paragogicum libri praebent, quod tum, accedente optimorum librorum auctoritate, servandum iudico. Ita in Trachin. v. 465 Aldina et Brubachiana editio διώλε-

σεν, καὶ γῆν exhibet, ceteri libri διώλεσε, καὶ γῆν. Sic in Oedip. Colon. v. 1052 βέβακεν Προσπόλων. gravitatis et antistrophici versus causa ex Aldina editione addendum pariter atque e vetustis libris. Non minus Philoct. v. 1468 ἐπέκρανεν. Chor.: χωρῶμεν. Cum in fine versus brevis syllaba permissa sit, neque ut videmus, de industria evitetur: neque in ν paragogico adhibendo liberales fuerunt poetae, neque omnino in fine versus constituenda pausa est, nisi finita sententia, recteque ipse Hermannus in elementis doctrin. metric. p. 119 haec dicit: in quibus exemplis omnibus pessime sensui consuleret, qui in fine versus magis, quam ubi interpunctiones iubent, voce consistendum putaret. Ideo quoque displicuisse ν paragogicum poetis videtur, quod accentu in antepaenultima posito, illaque litera ante simplicem vel duplicem consonantem addita, ultima syllaba tamquam longa pronuntianda esset, quod ipsum doctrinae accentuum quodammodo repugnat, neque apud pedestris orationis auctores sequente consonante ν paragogicum usurpatur, certe rarissime et tunc interposita interpunctione. Neque cum Hermanno fecerim, qui in libro de emendanda ratione graecae grammaticae p. 23 finem Thucydidis libri secundi, tertii et quarti, ubi vulgo ξυνέγραψε, in fine quarti autem in quibusdam codicibus ξυνέγραψεν reperitur, illa litera locupletari iubet. Omnino quod nunc, ut supra est monitum, in σὺν et ξὺν, in ἐς et εἰς aliisque recte intellexerunt critici, hoc idem in ν paragogico iis faciendum esse videtur, ne ratiocinatio et ficta regula

plus valeant, quam veterum librorum testimonia. Neque obliviscare in talibus multum pendere a singulorum auctorum arbitrio, quod plerumque e codicibus tantum manuscriptis intelligatur, neque sibi illos satis constitisse.

Vix est, quod addam, illas quaestiones dialecti non tam ad melica carmina, quam ad dialogum spectare, cum illic multo maior formarum varietas, hic minor atticismi neglectus concederetur.

Quamvis haec multis fortasse mira ac singularia, ne paradoxa dicam, videantur, quae ex parte quidem vehementer abhorreant a clarissimorum huius temporis grammaticorum et criticorum praeceptis: tamen quae est eorum humanitas, ea tamquam fructum nostri tragicorum studii, quod illa ipsa humanitas tolerari certe iubet, fore ut benevolo animo accipiant, certissime confisus sum. Ceterum ne quis brevitatem huius commentationis miretur, sic habeto, antea praefationis loco eam Sophoclis fabulae cuidam praemittere mihi propositum fuisse, nunc certas quasdam ob causas consilio illo mutato specimen nostrarum Sophoclis curarum edere placuisse, cum per se illa totum quoddam efficere videretur.

Quam maxime ab initio inveneris interpunctionis aliorumque quorumdam inconstantiam, typothetarum potius pertinaciae, quam meae ipsius levitati tribuas. Alia ipse velim corrigas.

SOPHOCLIS

AJAX

VARIETATE LECTIONUM

ET

PERPETUA ADNOTATIONE

ILLUSTRATUS

AB

H. L. JULIO BILLERBECK.

ACCEDIT INDEX.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXIV.

SEEBODIO

DOCTORI PHILOSOPHIAE GYMNASII ANDREANI REGII

DIRECTORI

VIRO CELEBERRIMO

MIHI

JUCUNDISSIMO AMICO

ET

OLIM COLLEGAE CURARUM SCHOLAE

FIDISSIMO COMITI

CUI

IN HOC COMMENTARIO ADORNANDO TAM LAUTAM

SUPELLECTILEM DEBUI CUM NEMINI

QUICQUAM DEBEREM

SEMPITERNAE MEMORIAE CAUSA.

LECTORIBUS.

S.

In Ajace illustrando id mihi propositum habui, ut, quae pueros non modo, sed etiam viros nondum satis in Tragicorum lectione exercitatos tenerent, nec sine rerum et linguae subtiliori scientia nec sine subacto judicio cognosci possent, maxima brevitate, quam praecipuam commentariorum hujusmodi virtutem esse puto, exponerem, saepius verbo monerem, aut ad Viros doctos lectores rejicerem, qui plura desiderarent. Nec tantum in singulis verbis, quibus aliqua difficultas inesset, immoratus sum; sed circumtuli et intendi animum, si qua cum re arctius conjuncta occurrerent, quae lucem his vel illis afferrent. Omnino, ut ingenue confitear, commentarios Vi-

rorum doctorum, quos ne omnes quidem ad manum habere possem, evolvere satis habui, ut, quid ipse sentirem ac cogitatione repertum probarem, potius a me evulgaretur, quam aliorum elegantes et acutae observationes, quarum fructus adolescentium maturiori aetati reservarentur. Ut tamen erroribus, in quos alii interdum inciderant interpretes, dispellerem, multa saepe fuere adnotanda, quae alioquin haud tetigissem. Neque omisi pulcherrime a poëta dicta et ad sensum jucundissima, brevi orationis elegantiam, et artis, quam in toto carmine condendo Noster exseruit, praestantiam illustrare, ut juvenum mens praeclaram et venustam operis summam caperet, atque eorum pectus magnarum rerum et sententiarum spiritu incalesceret. Ex fabulis et historicis, quae necessaria videbantur, arcessere, et poëticas imagines cum exemplis ab aliis poëtis repetitis comparare conatus sum, ut teneri animi etiam his observationibus et judiciis fructuosis adsuescerent. Quamvis nullo modo recensionem textus novam moliebar, tamen etiam, quantum satis, lectionum varietates indicavi, quod et sic judicium juventutis egregie, si libeat, exerceri poterit.

Nec destiti etiam de metro, cujus doctrina proh! dolor in scholis haud raro neglecta jacet, pauca addere, quibus nixi omnem ex carminis lectione dulcedinem colligere discerent. Id meum esse duxi. Denique textum ex Brunckii recensione expressum sequebar, quod is in omnium fere manibus esse videtur. Sufficiant haec. Vereor enim, ne Viris doctis jam nimius fuisse videar in consilio exponendo, quod ipsis, quae est eorum humanitas, haud displicebit.

Scripsi Hildesiae idib. April. MDCCCXXIII.

PRAEFATIO.

Ajaces poëtae duos celebrant. Primus Salaminius, Telamonius s. Telamoniades (Telamone creatus. Ovid. Metam. XII. sub fin.), Telamonis Salaminae regis filius erat ex Hesione, filia Laomedontis, Graecorum post Achillem fortissimus; alter Locrensis Oilei filius, quem memorat Virgil. Aen. I, 43. Ille Telamone creatus, quum Ulysses praelatus Achillis arma obtinuisset, ipse in furorem actus in gladium suum incubuit, cujus cruorem in hyacinthum conversum fingit Ovid. Metam. XIII. principio. Ejus tamen mors variis modis narratur, de quibus vide ὑπόθεσιν praemissam, et Lobeck. ad v. 862. Sophoclis consilium erat, Aja-

cem, heroa et corpore animique fortitudine excellentissimum, propter ambitionem violatam ad mortem voluntariam adactum et usque ad cineres fati necessitate sic oppressum, ut fere sepulturae honore caruisset, in scenam producere. Est itaque *Αἴας κακόμορος* sive *κακοδαίμων*, in quo unitas fabulae deprehenditur. Sed titulus hoc non prodit, quod laudandum. Nam *μαστιγοφόρος*, lorarius, proprie significat lictorem agonothetarum in sacris certaminibus, qui turbam summovebat, et strepitum ac seditiones cohibebat. Vid. Prudent. in Symmach. 2, 516. et 1, 18 seqq. de munerib. et honoribus. Nostro Telamonio hoc nomen datum est, quod pecora ligata in scena flagellat, et ut fabula discernatur ab alia, cui nomen erat Ajax Locrus. Dicaearchus inscribit Ajacis mortem, et didascaliae simpliciter Ajacem praeferunt. Sed etiam in hoc Ajace corporisque animique praestantiam splendidissimam necessitate divina superatam videmus, ac sane quidem, quod felicius effloresceret et ad Deos justo propius accederet. Quare invidia et odium Minervae eum, qui homine elatior et supra humanam sortem in id eve-

SOPHOCLIS
AJAX

VARIETATE LECTIONUM

ET

PERPETUA ADNOTATIONE

ILLUSTRATUS

AB

H. L. JULIO BILLERBECK.

ACCEDIT INDEX.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXIV.

dispersae non modo delectant, sed prudentiam et sapientiam docent.

Dispositio fabulae ejusmodi est, ut nil in ipsa vituperandum inveniatur. In protasi fundamenta ita sunt jacta, ut superstructio, suis ornamentis et coloribus ubique adhibitis, per gradus ordinatim fieri posset, donec ipsum tandem perficeretur, suis partibus absolutum undequaque aedificium. Fila facile inventa et artificiose dispersa in protasi et epitasi ita inter se coeunt, ut catastrophe naturaliter praeparata incipere possit. Omnia ita sunt inchoata, ut poëtae consilium lateat, quo magis eventu percellatur animus audientis. Ita prima scena res ab Ajace commissas earumque originem dilucide expedit; at quae prius perpetraverit, ea demum comperimus per Teucri nuntium, cui Calchas aperuerat. Nec tempore magis congruo haec evulgare potuit Calchas, quod Teucrum, qui procul afuerat, nunc demum post facinus a fratre perpetratum conspiciebat, et quidem in concilio principum, ubi hujus rei strepitus omnes replebat. Cum vi et impetu quodam laudabili omnia concurrere senties ad rerum con-

versionem sive περιπέτειαν per epitasin praeparatam, ut mirum quantum percutiat. Igitur et haec tragoedia tamquam vitae magistra morumque emendatrix nos sapientiores et ad calamitates ferendas habiliores reddet, quando regis maximi et herois casus et infortunia fortunaeque varios lusus in scena repraesentatos conspicimus. Quare hoc drama melicum est vere tragicum et heroicum. Nec silentio praetereundum est, quantum ad splendorem rei gestae contulerit scenicus ornatus et apparatus. Quamvis et unitatem loci, aeque ac temporis, quod scena dramatis est in castris nauticis prope tentorium Ajacis, legibus poëticis congruenter Sophocles observavit; tamen scena ductilis erat, et quum ante et post Ajacis mortem, tractis hac illac tabulatis, alia interior species, ut in Anglicis nostris Theatris, nudaretur, varietate prospectus ornata supra quam credibile debebat sensus movere commotos, ita tamen ut e more poëtae horribiliora manerent remota. Idem de histrionum Chorique ornatu, de musica, de metro, de orationis personis congruae gratia Homerica, quam apis Attica collegit, ingenue profiteare. Quae de

his singulatim monenda supersunt, suis locis addere liceat.

Denique extitit et Ajax, Augusti tragoedia, quam non succedente stylo abolevit, quaerentibusque, quid Ajax ageret? respondit: Ajacem suum in spongiam incubuisse, respiciens ad mortis genus, quo prior Ajax periit. Vid. Sueton. in vita August. c. 85.

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

vers. 1—133.

Minerva prodit in scenam ante Ajacis tentoria, ut Ulyssi ~~hunc~~, quem caedis nocte praeterita factae insimulabant, investiganti et re et consilio adsit. Graecis e lectione Homeri satis notum erat, Ulyssem inprimis Minervae auxilio fretum tam multa praeclare gessisse. Vid. Il. X, 503. sqq. Metrum e jambis trimetris constat.

v. 1. Ἀεὶ, ἀόριστον δι' ὅλου. — δέδορκ. ὁρῶ, βλέπω. Λάρτίου per syncopen pro Λαερτίου. Schaefer Λαρτίου absque spiritu.

v. 2. πεῖραν κ. τ. λ. i. q. καρπαλίμως πειράσασθαι ἐχθρῶν, periculum hostium rapuisse, praeripuisse, fecisse, aditum ad eos occupasse, periculum in hostibus celeriter venandis adiisse, hostes venando in periculum et discrimen raptim vocasse. Sic v. 290. ἐφορμᾷν πεῖραν i. e. πόρον, πορείαν, a πέρω, πείρω, unde et periculum Valkenair deducit. At Scholiast. Cod. Imper. Paris. nro. 2794. apud Faehse interpretatur προσβολὴν, ἐπιχείρησιν, ἣν πειρῶνται

οἱ ἐχϑροί, πρός. — ϑηρώμενον, ἀνιχνεύοντα, ζητοῦντα, ϑηρῶντα. — ἁρπάσαι, ὀξέως νοῆσαι. Lobeck: ἁρπάσαι, intellectu arripere, ut vers. 16. συναρπάσαι et apud Aristoph. in Nubib. 440 et 773. celeriter, illico intelligere. Benedict. in Obss. in Sophocl. sept. tragoedias jungere malit: δέδορκα σ. π. ϑηρώμενον, τ. ἐχϑ. ἁρπάσαι, video te fraudes captare ad quendam hostium rapiendum.

v. 3. ἐσχάτην, τὴν τελευταίαν ἐπικρατεῖ. Vid. Homer. Il. XI, 8.

v. 5. κυνηγ. ἐξετάζοντα, ἐρευνῶντα. — μετρούμ. ἐξαριϑμοῦντα, Ajacem ipsius vestigiis persequi κυνηδὸν, κυνηγέτου τέχνῃ. Similiter Homer. πέλαγος μετρῆσαι, mare cursu emetiri, ὁδὸν, iter metiri. Alii reddunt: contemplantem et quasi oculis metientem, ut in Euripid. Phoeniss. v. 189. Metaphoram observes! — νεοχάραχϑ' i. e. νεοχάρακτα (χαράσσω), recens impressa, recentia. Syllaba prima ob caesuram per ου pronuntianda (ut in Νεοπτόλεμος. Vid. Philoct. v. 241.), quod dactylus, quum ultima syllaba vocis κείνου loco syllabae correptae quasi posita sit, initio secundi dijambi aegre feratur. — εἴτ' ἔνδον sc. ἐστὶν, num in tentorio sit, nec ne?

v. 8. εὔρινος (ῥὶν) i. q. εὐρὶν βάσις pro βάσις ὡσπερεὶ τινὸς κυνὸς Λακ. εὔρινου ἐκφέρει σὲ, i. e. ἐκφέρῃ ὡσεὶ ποδὶ τινὸς κυνὸς κ. τ. λ. pede quasi canis Lacaenae sagacis adveheris, pedem infers, effers more canis venaticae et quidem cum successu, ἐς καιρὸν ἔβης, tempestive venisti ex tuo tentorio. In Trach. v. 963. ἄψοφον φέρει βάσιν· 838. ἐφίστασαι βάσιν. βάσις sc. ποδὸς, ut in Eurip. Phoeniss. 313. περιφραστικῶς pro ποῦς. Est hypallage. Verum εὔρινος quoque genitivus esse potest; nominativus autem poëtae melius convenit. — Spartani canes in nobilissimis venaticis fuere. Vid. Ovid. Metamorph.

III, 206. gens canum Spartana. Lucan. Phars. IV, 441. Senec. Hippolyt. 35. Horat. Epod. VI. *fulvus* Lacon. Voss ad Virgil. Georg. III, 405. Bothe totum locum ita explicat: recta ad scopum tendis, tamquam a sagaci cane Laçaena ducereris; εἰς τέλος ἄγει ἡ βάσις εὐόσφρητος. Schol.

v. 9. ὡ'νήρ. Schaefer Porsonum ad Euripid. Orest. v. 851. sequutus ἁ'νὴρ reposuit, per crasin pro ὁ ἀνήρ. Vide Buttmann. Grammat. Graec. Berolin. 1808. p. 48. Vulgo perperam legebatur ἀνὴρ, absque articulo; nam de certo quodam homine ἔνδον τῆς σκηνῆς sermo fit. — τυγχάνει. Porsonus ad Eurip. Hecub. v. 788. jungit participio στάζων, quod falsum. Nam idem valet, quod ἐστί. — στάζων, σταζόμενος ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος. — κατὰ supplendum ante κάρα. — ξιφοκτόνους, manus ξίφει κτεινούσας, διὰ ξίφους εἰργασμένας τὸν φόνον· at ξιφόκτονος cum acuto in antepenultima vim habet passivam.

v. 11. ἔργον· οὐκ ἔτ' ἀναγκαῖον ἐστὶ, χρεία ἐστὶ παπταίνειν, circumspicere. — σπουδὴν ἔθου, ἐπὶ τίνι ἐσπούδαζες; sic σπουδὴν τιθέναι pro σπουδάζειν apud Pindar. in Pyth. IV, 492. αἶνον τιθ. pro αἰνεῖν in Nem. I, 5. πόνον, pro πονεῖν in Aeschyl. Eumen. 276. ἔθεσθ' ἐπιστροφὴν in Oedip. T. 134. Sensus: Te intra sive per hanc portam circumspicere, introspicere non amplius necessarium est; sed profiteri, cur tam propere ac studiose accesseris? ut (παρ' ἐμοῦ γινωσκούσης) a me rei bene gnara omnia edocearis, ἀκριβῶς γνῷς.

v. 14. ὦ φθέγμ' Ἀθάνας, περιφραστικῶς pro ὦ Ἀθάνα. Displicet tamen ob repetitum φώνημα. In Oedip. Colon. v. 324. similis allocutio: ὦ δισσὰ πατρὸς — ἥδιστα προσφωνήματα. — cf. ad h. loc. Wunder.

v. 15. ὡς εὐμαθὲς κ. τ. λ. quam facilem intellectu vocem tuam, et quum mihi non appareas (ἀθέατος), tamen audio, ἐξήκουσα. Brunck explicat: *etsi conspectum refugias*, ita ut Minervae e machina loquentis et spectatoribus conspicuae vocem audiret Ulysses, at ipse eam censeretur non videre; quod dii quidem saepius cum hominibus colloquuti sint, sed perquam raro se iis in conspectum dederint. Citat Homericum:

οὐ γάρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς

et ex Euripidis Hippolyto:

σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις σ' ἀμείβομαι,
κλύων μὲν αὐδὴν, ὄμμα δ' οὐχ ὁρῶν τὸ σόν,

Legas vers. 301. Ἄποπτος, adeo remotus, ut conspici non possit. Sic ἄποπτος ἄστεος Oed. T. 753. ἄποπτον ἡμῶν Electr. 1485. Hesych. ἄποπτον· τὸν ἀθεώρητον. Vid. Tittmann ad Zonaram. p. 755. Adstipulari non possum Lobeckio τὸν πόῤῥωθεν ὁρώμενον hic interpretanti, quod illo significatu vox apud indisertos demum scriptores occurrat. Illud εὐμαθὲς, εὔγνωστον, sensu passivo iterum occurrit in Trachin. v. 611. Simpliciter accipiatur pro εὖ. — συναρπάζω φρενὶ, ὀξέως νοῶ, celeriter animo comprehendo, corripio mente, intelligo.

v. 17. κώδωνος. Proprie tintinabulum; deinde infima et latior pars, ut γλῶσσα orificium, tubae, κώδων, hoc loco per synecdochen pro tota *tuba*, quae τυρσηνικὴ vocatur a Tyrrhenis inventoribus. Vid. Schol. ad hunc loc. et Stolb. it. Drakenb. ad Sil. V, 12. Tubarum usum apud Graecos ante Heraclidas non fuisse observat Grotius in Prolegomenis in Phoeniss. Euripid. p. 19. Cf. Voss. Inst. Orat. p. 349. Scholiast. ad Phoeniss. 1392.: πρῶτος δὲ Ἀρχώνδας συμμαχῶν τοῖς Ἡρακλείδαις ἤγαγε τὴν τυρσηνικὴν σάλπιγγα εἰς Ἕλληνας, qui antea πυρ-

φόροις ἀντὶ σαλπίγγων utebantur. Vid. ibi Porsonum. Tubam vero invenisse dicitur Tyrrhenus, Herculis filius, ut Plinius h. n. VII, 56. Hygin. f. 247. Sil. Ital. V, 12. prodidere. II, 19. apud hunc occurrit clangor tubae Tyrrhenae. Tyrrhenus clangor. Stat. Theb. III, 650. - Tyrrhenus tubae clangor. Virgil. Aen. VIII, 526. Euripid. Heraclid. 833. — Χαλκόστομος pro στόμα, lingula, Mundstück, χαλκῆς σαλπ. Tuam, etsi haud apparentis, vocem tam claram audio, quam ligulam sive clangorem tubae aereae. Erant quoque ligneae et corneae tubae. In Electr. 711. χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος.

v. 18. Ἐπέγνως, pro simplici ἔγνωκας. — βάσιν κυκλοῦντα, ἑλίσσοντα, εἰλνόμενον, κυλινδούμενον διὰ τῶν κλισίων καὶ κυκλοῦντα πρόςωπον, ut legitur in Euripid. Phoeniss. 377. Metaphora a re venatica, si latibulum ferae parte a retibus aversa circumeunt. Sensus: et nunc bene intellexisti, me gressus circumagere, circumvolutari et omnes latebras circumvolitare ad Ajacem, clypeatum, mihi inimicum, perscrutandum. Similiter in re militari illud *errorem volvere* apud Liv. XXVII, 47. occurrit. — σακεσφόρος, bellator, ἀσπιδοφόρος, κατ' ἐξοχὴν appellatus. Homer. Il. VII, 219.: Αἴας πελώριος — φέρων σάκος, ἠΰτε πύργον. Simile epitheton ornans est σακέσπαλος, ut in Homer. Il. V, 126. Ne cum invidia dictum putes, quod Ulyssis humanitati repugnaret. — δυςμενεῖ, ἐχθρῷ, κατ' ἀνδρὸς ἐναντίου contrarium εὐμενής.

v. 22. ἔχει περάνας pro ἐπέρανε, εἰργάσατο ἡμᾶς πρᾶγμα ἄσκοπον i. e. ἄσκεπτον, facinus temerarium, sine causa, sine consilio et provisu sive ἀπροςδόκητον commisit, siquidem facti auctor est. — τρανὲς (τράω), manifesto compertum. Num auctor

sceleris sit, nondum possumus manifestare, τρανδεῖν, sed ἀλώμεθα. Schol. τῷ νῷ πλανώμεθα, vagamur errore, nec animus habet, quid sequatur. Opponitur τῷ ἴσμεν. — ἐθελοντὴς κ. τ. λ. ἐθελοντὶ, voluntarie hunc laborem subivi. πόνῳ, κόπῳ.

v. 26. λείας, praedas hominum pecorumque, sed h. l. ut ληῒς apud Homer. greges, pecora, τὰ ποίμνια, βοσκήματα ἀπὸ τῆς λαφυραγωγίας. Cf. Theocrit. Idyll. XXV, 97 et 116. Hesiod. Theog. 444.

v. 27. ἐκ χειρὸς, χερὶ, manu, non lupis ferisque. Confer. Electr. 700 ibiq. Bothe. ἐξ ἀσιδήρου χειρὸς Antholog. p. 38. Philoct. 694. ἐκ τόξων. Trach. 856. ἐξ ἀκινήτου ποδὸς pro ἀκινήτῳ ποδὶ. Sch. ἐξ ἐνερείας χειρὸς. Malim tamen reddere: quae fuere prae manibus, statim, vor der Faust weg; ut μάχη ἐκ χειρὸς, pugna, quae fit cominus. — αὐτοῖς. Ante hanc vocem omissum ἅμα vel σὺν, quod durius. Igitur emendarim ἅμα τοῖς pro αὐτοῖς, ut secundo loco tribrachys esset, ut in Antig. v. 917. ἄλεκ|τρον ἀνυ|μέναιον, et 419. ὕλης|πεδιά|δος, et in Philoct. 796. ὦ θάνα|τε θάνα|τε. Congruentia numeri sic augeatur. Ne tamen anapaestum ἅμ' αὐτοῖς reponas, quem noster secundo loco propter versus impetum respuit, licet eum quarto loco ponere amet. — ἐπιστάταις, ἐπισκόποις, proprie ducibus, regibus, hic tamen pastoribus, gregis custodibus; ut sensu inverso reges λαῶν ποιμένες dicuntur.

v. 28. τήνδ'. Schaefer, qui addit: male Brunckius τὴν δ'. Imo bene. Nam, ut οὖν δὴ, cum οὖν junctum significat *jam vero*, jam igitur, nun aber. — αἰτίαν νέμει, αἰτιᾶται, accusat; atqui in illum culpam omnes conferunt, εἰς ἐκεῖνον πᾶς τὶς κατηγορίαν τρέπει. Contrario dicitur ἔχειν αἰ-

τίαν, εἶναι ἐν αἰτίᾳ τινὸς, in culpa esse. Quidam Mss. exhibent τρέπει, pedestre et glossema.

v. 29. καί μοι. Schaefer. — ὀπτὴρ, ὀψεύσας, κατάσκοπος, speculator, proditor. — πηδῶντα pro composito διαπηδῶντα. Sic in Euripid. Bacch. 303. πηδῶντα — πλάκα. Schol. subaudiunt κατὰ ante πεδία. Codd. quidam recent. habent πεδίῳ, e glossemate ἐν πεδίῳ ortum. — νεοῤῥάντῳ (νέον et ῥαίνω) recens consperso, cruento, αἱματηρῷ, ᾑμαγμένῳ. — φράζει pro ἔφρασε.

v. 32. κατ' ἴχν. ᾄσσω, vestigiis ejus insisto, vestigia cum impetu premo. — σημαίνομαι, conjectura auguror, signis indubiis quaedam noto, ὡς μαντικῇ χρώμενος τέχνῃ. — ἐκπέπληγμαι, quibusdam vero perturbor, nec, cuja sint vestigia, colligere queo. Sic locum accipiunt, qui post ὅτου subaudiunt εἰσὶ, ut in Antig. 318. post ὅπου, et post μαθεῖν haud necessario commate interpungunt. Equidem sic explico: partim quaedam signis colligo, quae Ajacem in culpa esse prodant, partim sive quod reliquum est, de suspicione in ipsum conjecta perturbatus sum, nec intelligere queo, (ὅτου) cur tantopere mente commovear. τὰ μὲν — τὰ δὲ non ad vestigia referendum, et ὅτου i. e. οὕτινος ab omisso χάριν regitur, idemque est τοῖς οὐ δύναμαι λέγειν, τί μαθὼν, τί παθὼν, cur? Mente enim concipere non potest, a Graeco Graecis hanc injuriam esse illatam. οὐκ ἔχω μαθεῖν intelligere nequeo, etiam in Eurip. Phoeniss. 423. occurrit. Hunc tamen sensum inesse malim: οὐκ ἔχω ὅτου sive παρ' ὅτου μαθεῖν, neminem, quicunque sit, habeo sive habui, a quo verum resciscerem. Nam μαθεῖν tamquam synonymon eundem, quem ἀκούειν, casum regit, ut in Oedip. Colon. 571, ὅταν μάθῃς μου, vel cum praepositione ἐκ jungitur, ut in Electr. 989.

Trach. 370. παρὰ. Dein sequentia melius cohaerent: (ἐς) καιρὸν δ' ἐφήκεις, καιρίως ἐφήκεις, quapropter (δὲ h. l. pro δι' ὅ, διόπερ) tempestive advenis. Sic ἥντινα μομφὰν ἔχων infr. 179 et 180.

v. 34. τά τ' εἰςέπειτα, quum respondeant τοῖς τά τ' οὖν πάρος, pro τὰ νῦν καὶ τὰ μέλλοντα, ἀπ' ἀρχῆς ἕως sive μέχρι τέλους, ἑξῆς, ἀεὶ posita sunt ac valent: „Semper tua manu, tuis consiliis gubernatus sum et in posterum gubernabor. Et nunc, ut olim, mihi aderis.“ Deae voluntatem sibi expetiturus haec dixit. — χερὶ, δυνάμει.

v. 36. Ἔγνων, ἐνόησα, νενόηκα. Locus triplicem sensum habere potest: eadem tecum sentio, recte dixisti, scil. me tibi semper opitulari; *vel* intellexi, te in magna rei difficultate versari; *vel* rem novi, et Ajacis culpam, et in quo periculo sis, quum possit te quoque trucidare, bene teneo. cf. 13. ὡς παρ' εἰδυίης μάθης. — Et hanc ob causam, ut animo morigerer, jamdudum ad *expeditionem* (ὁδὸν) gubernandam adsum tuae investigationi paratissimus custos. Constructio enim est: πάλιν εἰς ὁδ. ἔβ. φύλ. πρόθυμ. τ. σ. κ. Perperam autem jungerentur πρόθ. εἰς ὁδ. aut ἔβην εἰς ὁδ. eo sensu: in viam me dedi, ἐπορεύθην.

v. 38. πρὸς καιρὸν, ut ἐς καιρὸν, ἐγκαίρως, num opportune, considerate et cum fructu laboro, an ἐς μάτην, μάταια μοχθῶ, incassum et temere? Sic in Euripid. Phoeniss. 1693: μάταια μοχθεῖς· οὐ γὰρ ἂν τύχοις τάδε.

v. 39. E versu antecedente repetendum πρὸς καιρὸν πονεῖς: ὡς κ. τ. λ. Quia sunt illius hominis ista facinora. Illud σοὶ, in fine molestum, est pronomen familiaritatis eo sensu: certum scito. τοῦδε δεικτικῶς.

v. 40. δυςλόγιστον (λογίζομαι), δύςληπτον, βαρέως κινηθὲν, ἀκατανόητον, αἰνικτήριον, ad quem finem difficilem intellectu, inexplicabilem. δυςλόγ. enim tamquam adverbium τῷ ὧδε jungere nolim, ut in Phoeniss. 1647. τί μ' ἄρδην ὧδ' ἀποκτείνεις, κρέον; Numerus vetat. — ὧδ' ᾖξεν χέρα; ἐκίνησε, sensu activo pro ἐνώμα, ἐνέβαλε ξίφος per metonymiam: cur ita cum impetu manum vibravit, conseruit? Poëtae verbis neutris saepius tamquam transitivis utuntur; quare Ruhnkenii emendatio χερὶ haud necessaria est. Solennius tamen foret ᾖξεν, ὥρμησε χερὶ, gladio grassatus est, ut in Phoeniss. 1403. ᾖισσον δὲ λόγχαις. Vid. Porson. ad Eurip. Orest. 1427. Illud ᾖξεν χέρα etiam haud temere interpretabere ἐχειρονόμησε, ἐσκιαμάχησε.

v. 41. χόλῳ βαρ. ὡς οἴνῳ i. e. χολωθεὶς, χολωτὸς, iratus. — ὅπλων sc. ἕκεκα.

v. 42. τήνδ' ἐπέμπ. βάσ. pro τῇδε ἐπενέπεσε, τῇδε ἐπειςέπεσε, ἐπέπεσε, εἰςέπεσε, quid igitur greges ita invasit? βάσιν, ἐπίβασιν, πορείαν per pleonasmum adjectum est. Poëtae Graeci accusativum inferre solent pro dativis tamquam adverbium.

v. 43. ἐν ὑμῖν pro ὑμετέρῳ, ὑμῶν φόνῳ —. φονεύσειν ὑμᾶς. χραίνειν, μελαίνειν, μιαιφονεῖν. Bothe ὑμῷ minus concinne.

v. 44. Num sibi videbatur hoc consilium quasi in Graecos suscipere, βουλεῦσαι? In antiquis exempl. teste Scholiaste Aristoph. in Plut. 493. exstitit βούλημ', quod nostri Schol. recte rejicit. Illud βούλευμ' multo significantius.

v. 45. ἐξέπρ. ἐξεπόνησεν, perfecisset, si vos neglexissem, vestri nullam habuissem curam.

v. 46. Dativi pendent ab omisso πεποιθὼς, confisus, morigerans, quum μόνος grassaretur. Illud

Aristophanis ποίοισιν ὅπλοις ἢ δυνάμει πεποιθότες locum explicat.

v. 47. Tertia sede dactylum invenies jambis intermixtum. δολιὸς, δολερὸς pro δολερῶς, δόλῳ, λάθρα.

v. 48. παρέστη, certamini adstitit, ad manum accesserat, propius advenit. v. 92. ὡς εὖ παρέστης, accessisti.

v. 49. στρατηγ. ubi naves τῶν στρατηγῶν, Agamemnonis et Menelai, δισσῶν Ἀτρειδῶν, Ἀτρείδαιν. Cf. infra 677.

v. 50. ἐπέσχε, a caede manus et ensem continuit. Sed φόνου regitur a μαιμῶσαν, μεμανῖαν, ἐπιθυμοῦσαν, μανικῶς ὁρμῶσαν, μαργαίνουσαν φονεύειν, avidam cruoris. διψῶσαν olim in nonn. codd. lectum, Schol. teste; sed glossema.

v. 51. σφὲ, μὶν, αὐτόν. — δυςφόρους, δυςόργους, βαρείας γνώμας, ὑπολήψεις, errorem, quem depellere haud potuit, cui resistere non valuit. ἐπιβαλ. ὄμμ. oculis objiciens, imaginibus hostium falsorum ludens, ἐπιπνευσάσα γν. δυςφ. opiniones illudentes inspirando. Haud inepte quoque sic vertas: falsas imagines objiciendo adeo tristes et horribiles, ut iis deterreretur Ajax a Graecis cum gaudio necandis. — ἀνηκέστου χαρᾶς, ὀργῆς apud Hesych. μανίας ab insanabili in Graecos furore eum arceo et in greges averto. Trach. 1000. ἀκήλητον μανίας ἄνθος. — ξυμμικτά τε λείας pro συμμικτὰν λείαν et ἄδαστον in praedam commixtam necdum inter bellatores divisam, adeoque in armenta et pecora a bubulcis et pastoribus seorsim adhuc custodita. Similiter adjectivum loco substantivi positum regit casum obliquum in Antig. 365. σοφ. τι τὸ μηχανόεν τέχνης pro τέχνα μηχανόεσσα. Trachim. 117. τὸ — βιότου πολύπονον. Ad Sophoclem, poëtam tragicum, ma-

gis respondet, si post λείας commate interpungitur, ut sequentia amplificationis causa addita videantur. Duplicem tamen genitivum λείας et βουκόλων, ab uno nomine φρουρήματα pendentem, quamvis molestum, excusaveris, si quem usum exemplis a Triclinio ad Antig. v. 1184. et a Matthia in Grammat. Graec. majori p. 431. allatis hîc concedere velis. Non solum boves, sed etiam oves adfuisse, ex ποίμν. et vers. 62. liquet. Ceterum observes, qua vi Minerva in narratione tempore praesenti utatur.

v. 55. ἔκειρε πολ. φόν. ἔκοψε πολλοὺς βοῦς κεραοὺς φόνῳ, ἐφόνευσεν. Notissimae sunt formulae loquendi apud Herodot. aliosque πάντα ἐπιφλέγειν καὶ κείρειν, apud Xenoph. κόπτειν καὶ καίειν, τέμνειν.

v. 56. ῥαχίζων, σφάζων, διακόπτων, διχοτομῶν, ut in Aeschyli Prometh. vers. 424. Proprie ῥαχίζειν significat dissecare tergora hostiae, ut Virgil. Aen. 1, 212: tergora in frusta secabant. Grammatici annotarunt ῥακκίζω, ῥακχίζω et ῥαχίζω, i. e. ἐρείκω, διακόπτω. — κύκλῳ (ἐν), κυκλόσε, circumcirca, passim obtruncans. — ἔστιν, ὅτε — ὅτ' ἄλλοτε, ἄλλοτε, nunc — nunc. — αὐτόχειρ pro adverbio αὐτοχειρὶ, οἰκείαις χερσὶ κρατῶν. — ἐμπιτνῶν, ἐμπίπτων, ingruens, quod opponitur τῷ ἔχων, manu tenens. Schol. exhibet variam lectionem παρῶν. — φοιτῶντα μαν. νόσ. i. e. μανίᾳ, prae furore circumvagantem, more Maenadis Baccho concitae, μαινόμενον, μανίᾳ φοιταλεὸν, ἀλαίνοντα; ut apud Latinos mentis error menti constanti opponitur. In Trachiniis v. 980. eadem circumlocutio: φοιτάδα δεινὴν νόσον.

v. 60. ὤτρυνον, εἰςέβαλλον. Duo verba, etsi commate interpuncta, statim se excipientia nec auribus placent, nec sensum satis clarum admittunt.

Menda per omnes Codd. propagata facile tollitur ὀτρηρὸν sive ὀτραλεὸν, quo dactylum prima sede faciamus, i. e. ὀτρυνόμενον, σπεύδοντα, ποιπνύοντα legendo et comma post νόσοις reponendo. ὀτρηρὸν quoque adverbii locum teneat significetque σπουδῇ. Tunc commate supersedendum. Quoniam festinatione abripi se patiebatur, incidit in retia. — ἕρκη, δίκτυα. Homer Odyss. XXII, 469. Aristoph. Av. 528. Sed vulgatum κακόφωνον recte visum est Bothio, qui ex Electr. 1476. bene reposuit εἰς ἀρκύστατα. Scholiastes quoque meminit variae lectionis, ἐς ἐριννὺν κακήν.

v. 61. ἐλώφησεν, ἀνεψύχετο, ἐπαύσατο, cessabat, conquiescebat, λωφᾷν enim proprie dicitur de jumentis, quae, exuta jugis, libero collo respirant. Thucyd. ἀπὸ νόσου καὶ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν. Schaefer cum Lobeckio pro φόνου, quod modo praecesserat, rectius legit πόνου, nam additur τοῦδε. Haec nomina saepius commutantur.

v. 62. Locum vertunt: superstites colligavit vinculis boves ceterasque pecudes, abduxitque omnes domum, ratus viris se, non cornigero potiri pecu. Scholiastes quidem κομίζεται interpretatur κομίζει; significat tamen ἐκόμιζεν ἑαυτὸν ἐς δόμους, ad tentorium suum redit. Verbum enim medium proprie de retro navigantibus usurpatur; et hoc loco bene de milite navali. Tum ἔχων pro praepositione σὺν, notione adjecta τοῦ ἀμφιέπων, περιέπων, pertractans, ἄγων, usus. Sic in Eurip. Phoeniss. 1740. ἔχων ἔμ' ὥστε ναυσίπομπον αὔραν, comite me usus. — εὔκερων, εὐκέραον, epitheton ornans, quale *corniger* taurus apud Cicer. N. D. II, 43. ex Arateis; cornigerae matres apud Lucret. II, 368. ὡς ζῶα κερασφόρα, ἃ ἔχει καλὰ κέρατα.

v. 65. κατ' οἴκους, ἐν κλισίῃ. αἰκίζεται flagris caedit, unde μαστιγοφόρος nuncupatus est. Versu 63. Cod. Imper. Paris. 2712. εἰς pro ἐς offert.

v. 66. περιφανῆ, μεγάλην μανίαν, morbum conspicuum, illustrem, quasi divinum, θεόθεν, θεῖον. Minerva ob causam in sequentibus conspicuam et liquido apparentem huic voci excusationis quid subdidisse videtur. Cf. v. 118.

v. 68. μίμνε, μένε μετὰ θάῤῥους. — συμφ. δέχ. τ. ἀνδ. i. e., εἰσεῖδε, neque hunc virum tamquam malum minitans adspice, nec deputa in malo conspectum hominis, exspecta, mane virum, nec ab eo mali quidquam metuas. Sic in Aristoph. Eccl. 468. μὴ συμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα. Schaefer tamen post δέχου interpungendo, ut antecedentia interclusionis partem expleant, intellectum loci egregie adjuvit, accusativum sequentem τὸν ἄνδρα ad μίμνε, non ad δέχου retrahens. In Homero, poëtarum patre, et quidem in ejus Il. XIII, 476. similis interpositio exstat:

ὣς μένεν Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς, οὐδ' ὑπεχώρει,
Αἰνείαν ἐπιόντα βοηθόον.

ubi Schol. Venet. διὰ μέσου τὸ, οὐδ' ὑπεχώρει.

v. 69. ὀμμάτ. αὐγ. i. e. ὄμματα, Ajacis ἀποστρέψω καὶ ἀπείρξω ἀπὸ τοῦ εἰςιδεῖν σὴν πρόςοψιν. Ajacis oculos avertam et prohibebo a vultu tuo aspiciendo. — Notissima circumlocutio. Sic e contrario Eurip. in Phoen. 1588. τάδε σώματα νεκρῶν ὄμματος αὐγαῖς ἐπενώμας, ἐπεσκόπεις.

v. 71. οὗτος, ὦ οὗτος, heus tu, ecquis hic est? tibi dico, du, er hier, höre einmahl, Minerva inquit, dum Ajacem evocat. — αἰχμ. loco τοῦ αἰχμαλώτους, αἰχμαλώτων, captivorum manus. — δεσμ. ἀπ. i. e. εὐθύνοντα, εὐθὺ συνδεσμοῦντα. Ajax in eo

erat adhuc occupatus, ut captivorum manus vinculis constringeret. In reditu enim non omnibus vincula indidisse putandus est, quod vers. 62 et 63. innuere posse videantur. ἀπευθύν. tamen explicaveris *castigantem*, αἰκιζόμενον, δεσμοῖς, ἐν δεσμοῖς, δεσμωθέντας; igitur τοὺς αἰχμαλώτους, δεσμοχείρους, captivos manibus laqueo ligatis verberantem. — προςμολ. procedere, e tentorio progredi. Post καλῶ colon, non punctum ponendum. φωνῶ, Ajacem volo; Ajax, paucis te volo. Ita φωνῶ recurrit v. 1417. — Sed nondum exit.

v. 75. σῖγ' ἀνέξει, tacebis, in silentio te continebis, silentium obtinebis. — δειλίαν ἀρεῖς, non depones timiditatem? vel, nec timiditatem sumes? i. e. ne timidus sis. Ita ὄγκον αἴρειν in vers. 128.

v. 76. μὴ scil. σφ' ἔξω κάλει. — ἀρκείτω μένων ἔνδον pro ἀρκ. τοῦτον ἐν κλισίῃ μένειν, satis esto, ut in tentorio maneat. Continebor delectatione, contentus ero, si maneat intus potius. —

v. 77. τί μὴ γέν. sc. δέδοικας, quid ne tibi accidat? metuis. Eadem formula utitur Eurip. Suppl. v. 544. Olim enim vir iste non erat sc. sic animatus. Oratio interrupta, sed continuata ab Ulysse vers. sequ. Heath, qui ista quoque Ulyssi tribuit, locum non intellexit. Brunck. nonne antea hic homo tam potens animo et viribus, quam nunc, erat? Neque tamen eum metuisti. Sed signum interrogationis post ἦν reposuit Lobeck, quem Bothe sequutus est, qui ἀνὴρ reddit *homo*, quod Ajax supra humanam sortem ab Ulysse timeri videatur. Quare ille, hoc nimis ignominiosum sibi putans, in alium sensum etiam deae v. 78. detorquere censeatur. At nexus sententiarum hunc sensum postulat: olim hic vir ejusmodi non erat, ut eum metueres. Olim neque pro hoste, neque pro inimico terribili eum habuisti.

v. 78. ἐχθρὸς ἐο, πρόσθεν ἦν, καὶ ταυτὸν ἔτι ἐστὶν. — τῷδ' ἀνδρὶ eum, qui loquitur, designat. Neque tamen perpetuum hoc est. V. 1298. Oed. Tyr. 1128. et Erfurdt. ad h. l.

v. 79. Sic dicunt γαμὸν γαμεῖν et cet.

v. 80. εἰς δόμους a Triclinio invectum.

v. 81. Jungas μεμήνοτα περιφανῶς, insignite furentem. Cf. 66. περιφανῆ νόσον.

v. 82. ἐξέστην ὄκνῳ, sanum enim ipsum (εὖ φρονοῦντα) prae metu haud declinarim, evitarim, ἀπέφυγον. Ita Demosth. p. 460. οὐδένα κίνδυνον ἐξέστησαν, nullum periculum abhorrebant. pag. 891. ἐξέστηκα τὰ τοιαῦτα. Vid. Lobeck. Vir. clar. ad h. v. et Matthiae Grammat. Gr. §. 382. Codex Imper. 2794. habet ἔξεστιν ἰδεῖν e versu praecedente huc translatum: nam adjicit explicationem οὐδαμῶς ἀπεχώρησα, ἐξεπλάγην φόβῳ. Ulyssis metus et in spectatoribus auget metum.

v. 83. ἀλλὰ νῦν γε καὶ φοβοῦμαι, μὴ οὐ ἴδῃ σὲ πέλας παρόντα vel σὲ παρόντα πέλας sc. ὤν. At metuo, ne nunc quoque te praesentem non conspiciat praesens. Efficiam, ut te non videat, ne prope adstantem quidem. Utraque negatio μὴ οὐ cum verbis metuendi juncta invicem se tollit, ut apud Latinos. Subjunctivus futuri potestate etiam occurrit apud Aeschyl. in Septem. v. 38.

v. 85. σκοτώσω — δεδορκότα, oculis clarissimis tenebras obducam, νέφος ἀχλύος in Homer. Il. XV, 668. Cod. Imp. 2794. κἀν δεδορκότα, forte κ' εὖ δεδορκότα, quod Faehse bene notat. Oculis vel acriter videntibus caliginem offundam.

v. 87. νυν encliticum pro δὴ corripitur. — κυρεῖς ἔχων, ἔχεις, τυγχάνεις, κυρεῖς, ὑπάρχεις, διάκεισαι, mane, quo es in loco.

v. 88. ἐκτὸς ὢν τυχεῖν, ἐκτὸς τοῦ τόπου εἶναι.

v. 89. Codex Paris. 2712. Αἴαν.

v. 90. ἐντρέπῃ, cur tam parum curae geris Minervae sociae consiliariae. βαιὸν, οὐδαμῶς ἐπιστροφὴν ποιεῖς ἐμοῦ. — Cod. memor. συμμαχον. Falso, propter longam voculam, quae antecedit. Minervae dulcibus alloquiis evocatus tandem ab insanabili castigationis gaudio cessat, et in scenam progreditur Ajax.

SCENA SECUNDA.

vers. 91 — 117.

v. 88. μένοιμ' ἄν, manebo. Praesens optativ. cum particula ἄν vice futuri saepius a tragicis adhibetur.

v. 91. Διογενὲς τέκν. pro τέκνον Διός. — παγχρ. ἀναθήμασι aureis, corona aurea ex spoliis facta sive parata te donabo hujus praedae gratia. Simile in Antig. 424 χοαῖσι στέφει.

v. 95. ἔβαψ. ensem bene defixisti, tinxisti in Argivorum exercitu? ἔβαψ. πρὸς pro προςέβαλες Ἀργ. στρατῷ. Sic in Euripid. Phoeniss. 1604. φάσγανον εἴσω σαρκὸς ἔβαψεν, ensem in carne, corpore defixit.

v. 96. κόμπ. πάρ. Est quod glorier, πάρεστι, ἔξεστι κομπάζειν, καυχᾶσθαι, εὔχεσθαι. — ἀπαρν. τ. μή, nec factum negem. v. Antig. 263. Haec negationis vocula huic aliisque verbis negativae facultatis, ut ἀπογινώσκω, ἀπαγορεύω, ἀπείπω, φυλάττομαι per pleonasmum adjicitur.

v. 97. ἦχμ. χέρ. προςέβαλες χέρα, δόρυ; num Atridas adortus es? Proprie de lanceis mittendis αἰχμάζειν usurpatur. Bothe propter vers. 453. ἤμαξας emendavit, haud necessario.

v. 98. Bothe ὧδ', ut vers. 434., vel οἶδ' Äinsere-re vult pro οἶδ', quod sponte intelligatur. Falso.

v. 99. τεθν. sc. ἐκ σοῦ, a te interfecti sunt, quantum (τὸ σὸν ἔπος) ex tuis verbis colligo. Non scribendum ἄνδρες pro οἱ ἄνδρες. Vid. Schneideri de dialecto Sophocl. et c. Quaest. critic. Jenae 1822. pag. 50.

v. 100. ἀφαιρ. pro ἀφαιρείσθωσαν Atticorum more, qui tertia duali in imperativo formae passivae utuntur pro tertia plurali. Potest tamen hic esse tertia dualis numeri persona. Interfecti Atridae nunc mihi clypeum Achillis eripiant! Sarcasmus: Nunc id facile impetrabo, ut Achillis armis potiar. Nam de ipsius armis non cogitandum.

v. 102. ποῦ κ. τ. λ. In qua fortuna tibi constitutus est Ulysses? In quam fortunam per te devenit, ut hoc sperare possis? Sibi enim arma Achillis eripi haud patietur. Notum est, ὅπλα inprimis de clypeo valere.

v. 103. τοὐπιτρ. (ἐπιτρίβω), conterendum, exsecrabilem (κίναδος) vulpem. Siculorum vox pro ἀλώπηξ, quam Cicero orat. 8. *bellua*, κινώπετον vertit. Ulysses propter fallaciam et versutiam, cujus insimulabatur, vulpes, ἀλώπηξ, *Meister Reinicke*, appellatus est. Sic Persius V, 117.: astutam vapido servas sub pectore vulpem. Horat. art. 437.: fallant animi sub vulpe latentes. Theocrit. 5, 25. Demosth. pro coron. p. 180. (T. 1. p. 281. Reisk.) Vid. Lobeck. ad h. l. ὅπου sc. ζῇ.

v. 104. Ald. et Br. post ἔγωγε interpungunt, quasi dea ista probrosa τοὐπίτρ. κίν. approbaret; quod indignum illa Bothius putat. Imo verba Ajacis, inquit, repetito Ulyssis nomine additoque acerbo σὸν ἐνστάτην, reprobare videtur. Idem haec valent, ac si dixisset: ἔγωγε οὐκ ἐπίτριπτόν τι κίναδος λέ-

γω, ἀλλ' Ὀδυσσεία, σὸν ἐνστάτην. Sed viri doctissimi sententiae adversatur, quod Ulyssem studiosius abscondere vellet Minerva. — A nonnullis articulus τὸν (σὸν ἐνστ.) inseritur. Pessime. Nam extrema vocis 'Οδ. syllaba producitur. 'Ενστάτ. adversarium, qui ἐνίσταται, ἐνάντιον. Aelian. τὸν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ γεγενημένον ἐνστάτην δαίμονα.

v. 108. πρὸς κ. ἑρκ. στέγης, ἑρκάνης, ἕρκους τῆς στέγης, ad palum sive columnam sepis ἐν αἰθούσῃ vel αὐλῇ (in corte) alligatus. Vid. Homer. Il. XXIV, 448. Lobeckius ὑπότονον intelligit, κίονα ὑψηλὴν. Odyss. XXII, 176., ad quam noxii alligabantur, non canterios, quos Musgravius innuere videtur. Eustathius vocat ὑπέρτονον. p. 249. Graecobarbari καπρίολον. Glossae graecolatinae: καπρίολος, ἔρεισμα τῆς στέγης, furcilla. Et ceter. Artemidor. Oneir. L. 1. c. 68. p. 114. Reiff. Aeschines c. Timarch. p. 83. Diog. Laert. L. VIII, 21. Versus 110. ordinem et sensum verborum complet, qui vers. 109. a Minerva instantius exquirente interceptus est. — (κατὰ) νῶτα φοιν. tergum cruentatus.

v. 110. Bothe, quod τί δῆτα, μὴ δῆτα tam similia et θάνῃ ipsi displicebant, multa haud necessario correxit. Non video, cur φθάνῃ pro θάνῃ reponendum sit. Sensus enim hic est: mori eum nolo, priusquam flagris terga cruentatus moriatur.

v. 111. μὴ — αἰκίσῃ, ne flagelles. Vid. vers. 65.

v. 112. χαίρειν — ἐφίεμαι i. e. ἐάω, cetera, Pallas, valere te jubeo, in ceteris eventu delectari te sinam, in ceteris tibi obsequium praestabo. οὐ χαιρήσεις enim significat, te poenitebit; igitur χαιρήσεις absque negatione, te non poenitebit, eventu delectaberis, tua voluntas fiet. *Contentus eris*, uti Hermann. ad Viger. p. 750. reddit. Huic interpre-

tationi tamen in vers. 115. τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι obstant. Colon post 'Αθάνα cum Vauvilliersio reponas et subaudias σὲ κελεύω i. e. χαίρε, tibi vale dico, te valere jubeo, valeas, weg mit deinem guten Rathe! Adieu Athene! Tantum ejus odium in Ulyssem, ut Minervae ludibundae precem his verbis spernat. Sic in Tibull. II, 6, 9. valeat Venus, valeantque puellae. Cicer. n. Deor. 1, 44. si talis est deus, valeat. Euripid. Phóen. 926. χαιρέτω πόλις. Necessarium si foret, legeres, ut in vers. 91. Ὦ χαῖρ' 'Αθάνα. Nunc omnia melius cohaerent et procedunt. τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφ. i. e. κατὰ τ' ἄλλ. κ. τ. λ. In ceteris auctoritate valere te concupisco, te admitto, tuum consilium lubens accipio; at, quod Ulyssem attinet, valeas. Ille enim mihi hanc, non aliam, dabit poenam. ἐφίεμαι significat *mando*, relinquo, überlassen. Vid. Homer. Il. XXIII, 82. Odyss. XIII, 7. ut h. l. vertas: cetera tuae auctoritati relinquo. In voce χαίρειν ita explicata ea, quam Hesychius memorat, contumelia non inest, ut, quod Ajax Sophocleus in Minervam contumeliosus non fingatur, cum Musgravio αἱρεῖν (vincere, voti compotem esse), quod etiam Erfurdtio arrisit, reponere malis. Repetitum foret è re judiciaria, in qua solenne αἱρεῖν τὴν δίκην vel τὴν γραφήν.

v. 115. φείδου μ. ποιεῖν τούτων, ἅπερ ἐννοεῖς, μὴ φείδου ποιεῖν αὐτὰ ἕκαστα τούτων, ἅτινα ἐννοεῖς. nec parce i. e. nec omitte quidquam eorum facere, dolor quae suaserit et mens. φείδεσθαι regit genitivum. Series tamen verborum ita possit explicari: φείδου χειρὸς κατὰ μηδὲν κ. τ. λ.

v. 116. ἐφίεμαι, permitto. ut supra 111.

v. 117. Ajax in tentorium redit ad Ulyssem, ut opinabatur, castigandum. Quae sequuntur, tragoediae gravitati summoque fini, ut animi affectus,

metus et misericordia, purgentur, egregie consentiunt, dum, omnia fatis trahi, retrahi, sed nihil rerum humanarum sine Deorum numine agi edocent, fragilitatem mortalitatis a Deorum nutu et potestate pendentem monstrant, sortis mortalis, justitiae divinae et lenitatis praeclare admonent, ad misericordiam, mentis integritatem, moderationem in humanis ferendis, pietatem excitant, adeoque ad totum carmen tragicum spectatorum mentes praeparant.

SCENA TERTIA.

vers. 117—133.

v. 118. ἰσχὺν, ὅση pro ὅση ἰσχὺς — ἐστί. — προνούστερος, σοφώτερος, ad consilia prudentior. Opponitur δρᾶν, πράσσειν ἀμείνων, melior in rebus opportune exsequendis. ἀμείνων cum infinitivo construitur, ut *bonus* et *melior* Romanorum. Virgil. Eccl. V, 1. bonus inflare.

v. 122. ἔμπας, ἔμπης, ὅλως, πάντως sc. ὄντα, ab omni parte miserum. Versus ad Ulyssis humanitatem collustrandam optime faciunt. Schaefer tamen post νιν comma delet, et jungit ἔμπας (utique) verbo ἐποικτείρω, omnem laedens graecitatem. Nam ἔμπας τῷ δύστηνον annexum, et Graecorum est, inimicos odi. Denique notio voculae ὅμως, pro qua ἔμπας positum foret, ob sequens καίπερ facile subintelligatur.

v. 123. συγκατέζ. ἄτ. κακ. i. e. συνοικεῖ, his erroribus perniciosis implicitus est. — Lobeck ὁθούνεκα conjuncte legit, quasi ὅτου ἕνεκα, οὕνεκα. —

v. 123. Bothe σκοπῶν, sed infinit. σκ. pendet ab omisso ὥστε. ut ejus exemplum me meae quoque conditionis admoneat, ut exemplum ab ipso sumam.

v. 126. εἴδωλα, spectra, somniorum imagines. Sic Horat. Od. IV, 7, 14.: Pulvis et umbra sumus. De Oedipo infelici Euripid. in Phoeniss. 1568.: πολιὸν, ἀφανὲς αἰθέρος εἴδωλον, ἢ νέκυν ἔνερθεν, ἢ πτανὸν ὄνειρον.

v. 127. ὑπέρκοπον, ὑπερήφανον, κομπηρὸν, nihil insolens ex tuo ore exeat, μὴ κομπολάκει. Derivandum ab ὑπερκόπτω. Vid. Aeschyl. Choeph. v. 133. κομπῆς μῦθον. Schol. Cod. 2711. ὑπέρκομπον ἔδει γράφειν· διὰ δὲ τὸ μέτρον ἐξεβλήθη τὸ μ.

v. 129. ὄγκ. ἄρ. μὴ ὄγκον, ne superbiam sumas, ne fastu intumescas. Poeta noster activa mediis praeponere solet. Ita δειλίαν αἴρειν v. 75. δίκην ἐψήφισαν. v. 448. Quare lectionem librorum recte servavit et testimoniis firmavit Lobeck. V. Cl. ad h. l.

v. 130. χειρὶ βρίθεις, manu, fortitudine vincis — μακροῦ πλούτου βάθει i. e. πλούτῳ βυθεῖ, περιουσίᾳ, μεγέθει. Alii, ut Schaefer, βάρει, quod minus convenit verbo βρίθει, licet et in Trach. 325. συμφορᾶς βάρος occurrat. Non legitur βαρυπλούσιος, sed βαθυπλούσιος. Omnes Codd. praeter Jenensem βάθει vel in textu vel in margine exhibent. In Cod. Imper. 2712. suprascriptum βάθει, quod recte tuetur Valckenair. Sensus: si quem i. e. si quos populares vel virtute, vel divitiarum e longinquo (μακρόθεν) paratarum profunditate superas.

v. 132. Κλίνει, deprimit et rursus tollit in altum. — ἀνθρώπεια, humana, χρήματα ἀνθρώποισι τιμιώτατα, ἃ δύναμιν πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει. Πάλαι ὑμνηθὲν, παροιμιώδης ὁ στίχος. Sosiphanes apud Stob. Floril. Grotii. pag. 111. ὥς ἔν τ' ἔδωκε φέγγος, ἔν τ' ἀφείλατο.

Pallas et Ajax, re explorata, de scena discedunt. Chorus nautarum Salaminiorum prodit, carmenque

canit aptissimum. Versus 134 — 172. quos Coryphaeus decantat, sunt anapaesti,

vv — | vv — | vv — | vv —
— vv | — vv | — vv | — vv
— — | — — | — — | — —

ad praeludium sive prooemium chori faciendum et ad animi motus exprimendos electissimi. Notandum, ubi jambi Choro tribuantur, eos quoque a Coryphaeo pronuntiari. Vers. 172 — 183. continent strophen, quam una pars Chori ad dextrum arae in proscenio exstructae latus saltatione se convertens cecinit. Vers. 172. est dactylicus tetrameter ad metum acriorem exprimendum — vv | — vv | — vv | — vv |. 173. dactylic. penthem. — vv | — vv | —. 174. Trochaic. dimet. catalect. — v — v | — v — |. 175. Jambeleg. hypercatal. v — v — — | — vv — vv | — — |. 176. Jamb. trimet. v — v — | v — v — | v — v — |. 177. Similis vers. 172. — 178. Jambelegus — — v — — | — vv — vv | —. 179. Jambelegus. 180 et 181. usque ad μηχαναῖς ex emendat. Bothii iterum Jambelegus. 182. Glycon. polyschem. hypercatal. — v — v | — vv — — |. Antistrophe, quam altera pars Chori ad laevum arae latus progrediens canebat, a vers. 183. usque ad v. 195. τῆς στροφῆς metro respondet. Epodus, quam totus chorus in mediam scenam regressus et ad spectatores conver-

sae cantabat, vers. 194 — 201. complectitur. 194. Glyconius, — v | —́ vv | —́ v — |, si μακραίων sequenti vers. additur. 195. post ποτὲ finitus, Antispast. dimeter hypercat. — —́ —́ v | — —́ —́ v | v. 196. reliqua continet, et est Troch. dimet. catalect. —́ v — v | —́ v —́. 197. Glycon. — — | —́ vv | — v — |. 198. Anacreont. forma Jonici a majore. — —́ — —́ | — —́ — —́. Ultima syllaba ponatur in initio seq. vers. Θ' ὁρμᾶθ' εὔαν. β. ; ἐν deleto, in versu 199. tum fit Antispast. dimeter. v —́ —́ v | v —́ —́ v. 700. Anapaest. s. Spondiac. dimet. — —́ — —́ | — —́ — —́ |. 201. Dochmaicus. v ό v — v — | — ό v — v — |, si βαρυάλγητον cum Bothio, doctissimo Sophoclis editore, legas. Nam metrum in Brunckii editione interdum claudicat.

Nexus sententiarum: 134 — 141. Tua, o Ajax, laetor salute; ut in rebus adversis, praecipue, si maligno sermone te carpunt, tibi metuo. 141 — 147. Sic nocte praeterita trepidus rumor nos terruit, quae ex praeda hostium reliqua erant armenta et pecora, tuo gladio esse trucidata. 147 — 162. Haec maledicta Ulysses dispergit, iisque fidem facit ejus oratio, quod vulgus ignobile nobilium aerumnis insultare amat, divitesque invidia petit. Nec tamen humiles potentium auxilio egere possunt, rursusque potentiores a tenuioribus sustentantur. Sed stolidi hanc veritatem non capiunt. 163 — 171. Ejusmodi homines in te tumultum nunc faciunt, in quo ne sis otiosus! Soli obniti non possumus. Obviam eas, et primo

aspectu muti illico latitabunt. — Carmen fidei pietatisque in Ajacem plenum non modo nos movet; sed actum quoque priorem, in quo prima tragoediae stamina sunt ducta, cum sequente tam naturaliter nectit, ut filo ulterius deducendo facilis cursus sit datus.

v. 134. Τελ. παῖ, παῖ Τελαμῶνος. Absentem alloquitur. — τῆς ἀμφιρύτου, ἀμφιῤῥύτου (ῥέω), περιῤῥύτου, mari circumfluae, insulae, epitheton ornans, ut ἀγχίαλος. ex. gr. Peparethus in Homer. Hymn. in Apoll. 32. Τὸ ἕτερον ρ propter metrum exstinctum est. — Σαλαμῖνος, insulae et urbis in sinu Saronico, Themistoclis victoria insignis. βάθρον, θεμέλιον Σαλ. periphrasis, ut infra vers. 837. ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον, Trachin. 993. ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν, Eurip. Phoen. 1010. σεμνὰ Δωδώνης βάθρα, Cicer. Catil. IV, 7. solum patriae. — ἀγχιάλου. Ne corrigas ἀγχίαλον, Lobeckius monet. Sermonis foret pedestris. Plura adjectiva absque copula saepius occurrunt, ut vers. 136. ζαμενῆς et κακόθροος. Sed epitheton translatum, ut efficaciam exserat suam, ad βάθρου hoc sensu trahendum est: Salaminiae mari circumfluae *sedem* in vicinia maris (ἀγχὶ ἁλὸς) fundatam et bene munitam regens, i. e. rex insulae, in vicinia maris sedens cum sceptro, ἔχων σκῆπτρα Σαλαμῖνος, mari quidem circumfluae, in sede tamen, quamvis prope mare, bene munita, rex insulae urbisque Salaminiae. Etiam Benedictus l. l. p. 5. ἀγχίαλος ad urbem trahit, sed in eo errat, quod ἀγχίαλον legere jubeat. Sic Cicer. Provinc. 14. „haec urbs summo imperio domicilium ac sedem praebuit.“ Itaque nec fraus grammaticorum hic suspicienda, neque quidquam in verbis mutandum. Vers. 134. citatur a Scholiast. ad Eurip. Phoen. v. 248. Erfurdt. tamen τῆς ἀμφιρύτου delet contra me-

tri leges in Sophocle certe obvias. Anapaestici enim monometri in systematum exordio vitiosi.

v. 136. ἐπιχαίρω, per ellipsin omisso ὁρῶν, casum quartum regit, ut simplex χαίρω. Vid. Eurip. Hippolyt. 1339. Similiter χαίρω δὲ ἐληλυθότα. In Eurip. Rhes. 391. χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα καὶ προςήμενον! Sed neque εἰς, neque ἐπὶ, neque κατὰ cum Scholiaste et Triclinio subaudiendum, neque ex ipso verbo praepositio ἐπὶ admittenda est. Hoc linguae indoles vetat. — Paroemiaci congruentiam admirabere.

v. 137. Πληγὴ (ἐκ) Διὸς sc. καταδοθεῖσα, plaga a Jove immissa, μάστιξ Homer. Il. XIII, 812., infortunium, θεομανία, θεοβλάβεια, θεοπληξία, ἄτα, quandocunque Jovis, imo Minervae filiae impulsu occaecatus crimen in te admittis, in retia fortunae adversae incidis, ut apud Homer. Il. XI, 545., ubi Ajax a Jove incitatus terga in proelio dedit. Tale dedecus milites, e quibus chorus constitit, nunc metuebant, et rumor maledicus egregie opponitur. — ζαμενὴς, δυςμενὴς, θρασὺς, adversus, audax rumor, irato et infesto animo dispersus. κακόθρους (θροέω), κακὰ διαθροῶν, διασοβέων, mala clamore ominans, crimina dispergens. ἐπιβῇ σὲ, in te irruat, te incessat. οἶκτον ἔχω, οἰκτείρω σὲ, lugeo te, tui me miseret. Vulgo legitur ὄκνον, quod idem esset τῷ πεφόβημαι.

v. 140. ὄμμα πελ. περιφραστικῶς. Nam in oculis inprimis habitat metus, dum avolans hostem circumspicit, timet exterrita pennis; quapropter et πτηνὴ, volucris, alis plaudens, cum vi quadam dicitur, volatu celeri aufugiens, ut in Philoct. 289. τὰς ὑποπτέρους πελείας. Homeri epitheta otiosa hoc loco noluit poëta. Ingeniosa igitur emendatio Piersoni concidit, qui illa de accipitre notissima sequu-

tus legendum suasit: φήνης pro πτηνῆς, *ut aspectum aquilae horret columba.* φήνη, ossifragus, ne refertur quidem inter falcones, qui columbis insidiantur. Nostram lectionem bonam esse, numerus et locus verborum jam docet. Neve ὄμμα ob id dictum putes, quod columba sit in deliciis, ὀμματολαμπὴς, ὀμματείῳ πόθῳ, oculis lubricis et venustis spectata, in deliciis Veneris, καλιστεύουσα παρ' ἡμῖν, ἐρασμίη πέλεια Anacreontis, oculus, oculissima avis, ut Cithaeron in Eurip. Phoen. 819. ὄμμα Ἀρτέμιδος appellatur, et ὄμμα φήμης in Trach. 203. legitur; etsi columba ex pietate nobilis sit avis, ut comparatio eo intenderetur: tibi metuimus eadem pietate, qua columba timida, amores nostri, suis. At poëtae ejusmodi exempla ab aliis avibus, a luscinia motacilla, sumere amant. Ceterum πέλεια et πελειὰς, columba Livia, columbarum domesticarum mater fera, in Graeciae, Italiae scopulis habitans. Nota dactylum in tertia sede vers. 139. cum gravitate anapaestis insertum, et vers. 140. paroemiacum — ⏑́ — — | ⏑⏑ ⏑́ — qui systema anapaest. sive antidactylorum ἐνεργητικῶς concludere solet.

v. 141. τῆς ν. φιϑ. modo exstinctae i. e. praeteritae noctis. In Trach. v. 94. ἐναριζομένα dicitur. ϑόρ. ϑρόος, strepitus ac trepidatio, tumultus sermonum, vocum. In Philoct. v. 1268. ϑόρυβος βοῆς, tumultuosus clamor ob noctis nunc praeteritae facinus. — Κατέχουσ. me tenet, totam occupat mentem, me angit. — ἐπὶ δυςκλ. tumultus, qui spectat ad malam famam disseminandam. ἐπὶ enim cum dativo finem denotat, quasi synonymon τοῦ ἕνεκα, famae sinistrae causa. Sic in Eurip. Phoen. 1580.

οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπιχάρμασιν, ἀλλ' ὀδύναισι λέγω. Igitur h. l. θόρ. δυςκλεία ἐπιχαιρόντων.

v. 143. ἱππομ. pratum, ubi equi μαίνονται, laetitia et amore insaniunt, in quo αἱ ἵπποι ἱππομανοῦσι, vom Ross durchrasete Au; sive pratum equorum amans pro: ab equis amatum, ut ὑλομανής, qui sylvas amat; *equis abundans*. Sic Wakefield. Sylv. Critic. T. 1. p. 27. interpretatur. De magnis equorum gregibus in vicinia Trojae vid. Homer. Il. XX, 221. Quint. Calab. II, 486. Virgil. Georg. III, 269. Plutarch. in Eumene. Etiam Nicander in Theriacis 669. ἵππου λειμῶνες prope Trojam memorat. Alii tamen hoc epitheton ornans reddunt *floridum*, gramine luxurians, üppige Au. Bothe *equis luxurians* haud inepte interpretatur ex analogia verborum ὑλομανεῖν de campis praeter modum sylvescentibus, et φυλλομανεῖν de arbore foliis luxuriante. Laudatur quoque καρπομανής ex Hesychio. Lobeck. citat *vites insanas* in Plin. H. N. II. p. 485. Harduin. Unus Heathius ἱππόνομον corrigit.

v. 145. βοτὰ καὶ λείαν pro βοσκήματα ληϊστά, armenta praedando abacta, praeda armentorum acta. — δορίληπτ. δοριάλωτος, αἰχμαλωτός, bello capta, necdum divisa, λοιπή, quidquid praedae reliquum erat. Cf. v. 54 et 55. ἄδαστα. — αἴθων. σίδηρ. ferro igneo, ardente, corusco, furente, per translationem, ut in Homer. Odyss. X, 184.

v. 147. Est paroemiacus, ut supra v. 145. basis anapaestica, anapaestus monometer ⏑⏑— — — — exstat.

v. 148. λογ. ψιθυροὺς, διαβολικοὺς, διαβολίας, ψύθη, ψεύδη πλάσσων, tales sermones malos fingens. — εἰς ὦτα φέρ. sc. ὡς ψιθυρίστης, ψιθυρίζει, in aures insusurrat. — πᾶσιν, πάντων, τοῦ δήμου.

v. 149. σφόδρα πείθει, *persuadetque admodum*, quidam accipiunt. Sed σφόδρα, σφοδρῶς, quamvis Scholiastes εὐκόλως πείθει vertat, significat *vehementer*. Explices igitur, σφοδρύνει πείθων, τοῖς λόγοις, persuadendo, oratione vehementiores et animosiores reddit. — νῦν, ut nunc res sunt; quod a te ob clypeum Achillis irato hoc factum sibi persuasum habeant. — εὔπιστα, quibus facilis, etiam apud amicos, fides est, facile fides datur. Schaefer. εὔπειστα, quae cupide probantur, inprimis ab adversariis, proprie sensu intransitivi solennia. Sed Tacitus histor. 1, 34. etiam *credula fama* sensu passiv. adhibuit. *Res incredulae* A. Gell. N. A. IX. c. 4.

v. 151. ὁ κλύων λέξαντος jungenda: qui dicentem audit. Alii τὸ μᾶλλον ad genitiv. τοῦ λέξαντ. referunt: *magis ipso dicente*. Perperam. Sensus enim: multo magis, quam antea in certamine de clypeo, clamores cumulant. χαίρει καθυβρίζ. tibi in calamitate, in tuas miserias, aerumnas insultare amat. καθυβρίζειν hoc loco regere dativum, nota. Alibi enim accusativum praefert, vel genitivum. Sic in Philoct. 1364., ubi Bothe σοὶ pro σου male reposuit. — τοῖς σ. ἄχ. pro εἰς σὲ ἐν ἄχεσιν. te indignis modis tractare, indigna injuria afficere amat in malis et solicitudinibus, quibus obrutus es. ἄχος proprie gemitus, lamentatio, dolor; sed hoc loco *mala*, quae angunt: ut in Phoeniss. 1607.

v. 153 est Paroemiacus.

v. 154. μεγ. ψυχ. ἀνδρείων ψυχῶν, in magnas animas, magnanimos viros, μεγαλοψύχους, μεγάλους ἄνδρας, μεγαληνορίᾳ, μεγαλοφροσύνῃ insignes. — Proprie ψυχὴ pro integra hominis persona, περιφραστικῶς. Sic in Eurip. Phoen. 1570. τρισσαὶ ψυχαὶ ποίᾳ μοίρᾳ. πῶς ἔλιπον φάος; 1309. ὁμογενᾶ ψυχὰν. 1315. δίδυμοι θῆρες, φόνιαι ψυχαί. Soph. Ele-

ctr. 776. τῆς ἐμῆς ψυχῆς pro ἐξ ἐμοῦ γεγώς. Etiam in allocutione, φίλη ψυχή, vir dilectissime, ocelle mi! — ἱεὶς, ἐφιεὶς subaud. τις, qui jaculatur convicia, βέλη τοῦ φθόνου. Metaphora ex Pindaro nota. τοξεύων. Verbum ἱέναι, ut τοξεύειν, cum genitivo construitur, per ellipsin praepositionis κατά. Sic in Antig. 1033 et 1085. Eurip. Ion. 1431. Proprie εἰς vel ἐπὶ cum accusativo locum habeat. Sens. qui tela linguae malae in magnos viros intendit, torquet. Sic in Phoen. ἀρὰς ἱέναι vers. 1263. — ἁμάρτ. sc. τοῦ σκόπου, a proposito haud facile aberraverit. — τοιαῦτα, ψευδῆ, in me humilem talia si quis dicat. λέγειν κατά τινὸς pro solenni κακὰ λέγειν τινά.

v. 157. τὸν ἔχ. in eum, qui habet, in divitem, imo opulentum. Subaudiendum, χρήματα καὶ δύναμιν μεγάλην, i. e. πρὸς τὸν εὐτυχῆ. — Divitias non unice respexit poëta, quod liquet e vers. 154. Cornel. Nep. in Chabr. c. 3.: pauperes alienam opulentium intuentur fortunam. Eurip. Phoen. 418. κακὸν τὸ μὴ ἔχειν, malum est inopiam pati.

v. 158. σμικροὶ τῇ δυνάμει, ἄνανδροι. — σφαλ. π. ῥ. pro πύργος σφαλερῶς ἐρυμνὸς, σφαλερὸν ἔρυμα, φυλακὴ ἐπισφαλής. arx lubrico instructa praesidio. V. Eurip. Phoen. 1174. Metaphora satis nota. Sic Ajax in Homer. Il. VI, 5. ἕρκος Ἀχαιῶν appell. Ne accipias: fallax arcis custodia, φυλακή! Bene monuit Lobeck. πύργου ῥῦμα h. l. i. q. πύργος est. Sic Alcaeus Ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήιος apud Schol. Aeschyl. Pers. 349., sive, ut in Schol. ad Oed. R. v. 60. legitur, πύργοι ἀρήϊοι. Haec interpretatio poëtam decet, ornat. Quare miror, cur Erfurdtius duram appellaverit, quum ipsius explicatio incredibiliter languescat.

v. 159. Tertia sede dactylum invenies, ut in vers. sequente et 170. cum vi adhibitum et gravitate.

v. 160. *βαιὸς*, humilis. Numer. singul. per Synecdochen pro plurali. — *ἄριστ' ἂν* sc. *πράττοι*, quod e verbo praegnante *ὀρθοῖθ'* repetendum. Opponitur *σφάλλεσθαι*, ut in Xenophont. Memor. II, 4, 6. Sed comma post hanc voculam *ἂν* haud negligendum est. Metaphora a navibus hoc loco non deducta videtur, quae, nisi *ὀρθαὶ* sint, pessum continuo eunt. Nam antecedit *σφαλερόν*. Erfurdtius errat.

v. 161. *μικροτέρων* ob metrum pro vulg. *μικρῶν*, et Cdd. reliquorum mendosa lectione *σμικροτερῶν*, in quo pes Bacchius vice anapaesti. Comparativus autem loco positivi solennis, ut in Ajac. v. 1011.

v. 162. *δυνατ.* sc. *ἐστὶ*. — *ἀνοήτ.* *ἀνόους*. — *προδιδάσκ.* pro simplic. *διδάσκειν*, ut in Philoct. 1015. *τούτων* sc. *ἄνδρων μεγάλων*, *σωφρονούντων* *γνώμ.* i. e. *ἔμπεδον νοῦν*, *νουθετήματα*, regulas, ad quas omnia eorum judicia dirigantur, vera et falsa dijudicentur, quod *οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότες οὔτ' ἀγαθῶν εἰσί*. Sic in Trachin. v. 63. *τοὺς ἐλευθέρους φρενοῦν γνώμαις δούλαις* e contrario dicta. Nimirum poëta optimatium partes sequitur, ut in Antig. 666. et vulgus varium ac mutabile notat. Rectius tamen *τούτων* i. e. *τῶν λελεγμένων* refertur ad sententias modo pronuntiatas; quare *γνώμας* pro *γνώμαν* intelligentiam sive intellectum reddas, ut sensus sit: Sed fieri non potest, ut fatuos horum egregie dictorum intellectum edoceas; nam harum sententiarum veritatem intelligere nec volunt nec possunt.

v. 163. Paroemiacus est.

v. 164. *θορυβῇ*. Bothe. *θορυβεῖ*, Secund. person. praesent. pass. „Ab hujusmodi hominibus tumultuose perturbaris, tumultus in te movetur." Ver-

bum tamen sensu passiv. licet, ut in θορυβεῖν τὰς ἐκκλησίας, sensu activ. saepius occurrat, habet, quo offendat, inprimis ob sententiarum nexum. Malim itaque legere θορυβῷ, quod solennius est, et explicare: sub talium hominum tumultu etiam (καὶ) nos sine te contra hos rumores malevolos soli obniti non valemus. — ἀπαλέξω i. q. ἀπαλάλκω, depello, sensu intransitiv. a me propello, me defendo. Schol. γράφε ἀπαλέξασθαι pro ἀπαλλάξασθαι. Est enim i. q. ἀντιτάξασθαι, ἀποφυλάξασθαι. Suidas Ajac. locum citans: ἀπαλάξεσθαι, ἀντιτάξασθαι. Non tu, speramus, sed Mars vel Diana vel alius deus in culpa. Prodeas itaque et te defendas.

v. 167. ἀπέδραν pro ἀπέδρασαν (ἀποδράω, ἀποδιδράσκω), e conspectu tuo ubi aufugerunt. — παταγ. strepitant, κολοιάουσι, ut Thersites ap. Homer. κολῳὸν, ut κολοιοὶ, ἐλαύνουσι (Homer. Il. 1, 575.), strepitum faciunt, ut corvi, πελαργοὶ, grues et cetera turba sonans agminis aligeri.

Ovid. Metam. VI, 96.: candida pennis ipsa sibi plaudit *crepitante* ciconia rostro. Virgil. Aen. XI, 458: Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni. — πτηνῶν ἀγέλαι. Ex Homer. Il. XV, 690. ὀρνίθων πετεηνῶν αἰετὸς αἴθων ἔθνος ἐφορμᾶται — χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων. Quae imitatus est Virgil. Aen. XII, 247 — 257.

v. 169. αἰγυπ. Vultur barbatus, imo cinereus, der Ziegen-Gemsengeyer. In Homer. Il. VII, 219. Ajax πελώριος appellatur; quare hoc versu μέγας. Alioquin suspicio existat, legendum esse μέλαν ex Plin. h. n. X, 6.: vulturum praevalent *nigri*. Hoc loco deceptus Piersonus v. 140. φήνης correxit. Sed hic quoque non de vulture, ave illa auguriis insigni, Tityi atque Promethei jecur immortale tondente, cadaveribus vescente cogitandum est. Nam αἰγυπιὸς

et αἰετὸς, ut vultur et aquila, inter se permutantur. Sic etiam hic, ubi de re seria agitur, nec Tragico comice ludere licet, etiam propter metrum αἰγυπιὸς pro (αἰετὸς) ave rapace, pro aquila Melanaëto vel fulvo Jovis alite sive Chrysaëto usurpatus est. Omnia ex Homero sunt hausta. Cf. Il. XVII, 674. VIII, 247. XII, 201. Virgil. Aen. XII, 250. et alibi. Dawesius post αἰγυπ. ob sensum et metrum particulam adversativam δὲ primus recte restituit In ὑποδείσαντες (expavescentes) subaudiendum esse ὡς, quod, ut in Apollon. Argon. 1, 1049. saepius omittatur, Brunckius monuit. At Bothe bene observat, nihil subaudiendum esse, sed Ajacem αἰγυπιὸν vocari. Comparatio enim cum re comparata in unum confluxit, quod vim lyricam miro adjuvat modo. Qui hoc secum reputant, de iis, quae Erfurdt. Hermann. Bothe et Lobeck. ad vers. 167. monuere, judicium subactum ferre poterunt. — τάχα, celeriter, subito. πτήξ. ἄφων. muti in latebras sese abscondant. πτήσσειν enim proprie de animalibus, de avibus prae metu delitescentibus valet. Saltus, qui his versibus inest, ne te fugiat lyricus! Propria series cogitationum fuisset haec: inter absentiam tuam strepitant, ut greges avium, quae e conspectu aquilae evolarunt; at, si subito rediret, silentio delitescerent. Sic, si tu derepente redires, adspectu obmutescerent. —

v. 171. est Paroemiacus.

v. 172. Ταυροπόλα, (ἡ). Cognomen Dianae. Vid. Eurip. Iphigen. Taur. 1457. ἡ πολεῖ ἐν Ταύροις. Quare et Ταυρικώνη, de quo voc. Suidas. Colebatur Diana Taurica Braurone, Atticae pago, teste Pausan. Attic. 1. 23. Nicander apud Antonin. Liberal. c. 27. narrat, Tauros appellatos esse illos Nomades a tauris, quod ad aram Iphigeniae taurum ma-

ctaverit Diana. Idem fere ejus cultus, qui Ἑκάτης. Vid. Athenaeum pag. 256. *Tauropolos* cognomen Dianae. Liv. XLIV, 61.: Concursus matronarum in templum Dianae, quam Tauropolon vocant. Hoc exstructum erat Amphipoli, Macedoniae urbe. Vid. Drakenb. et Duker. ad h. l. Palaephatus scribit, Dianam nuncupatam *Tauroboliam*, quod in Tauris, loco Scythiae, humano isti sanguine libaretur. Cf. Gruter. Inscript. p. 309. 4. 2. Taurica, Ταυρικὴ χερσόνησος, Krimm, in litore Asiatico Maeotidis ultra Tanaim (Don) est. Famosa ibi olim erat ara Dianae, sive, ut Herodotus libr. IV. vult, Iphigeniae, Agamemnonis filiae, cui ibi humanis hostiis immolaretur. Ovid. Trist. IV, 4, 63. in Ibin. 384. Juvenal. XV, 116. Augustin. d. civit. Dei VII, 21 et 26. Haec ara postea Ariciam in Italiam translata est, ut vetus Schol. ad Epist. Horat. ad Pison. v. 16. notat. Tauri populi ibi, inhumana et fera gens, (Plin. h. n. IV, 12. Mela II, 1. Ovid. ex Ponto III, 2, 4.) Iberis adnumeranda, qui in pluribus Europae regionibus, etiam in Hispania et sibi suisque Deis sedem fundarunt. Hinc Taurisci, Taurianum, Taurinum, Taurunum. Fuere quoque in Chersoneso Taurica secundum Ptolem. et Procop. Tauroscythae, gens mixta, ut Libyphoenices, Bastuli Poeni; Bastitani, Celtiberi aliique populi. Constat, Taurobolium quoque fuisse sacrificii genus in honorem Cybeles apud Iberos solenne. Sacerdos, qui tauroboliabatur, Taurobolus et Tauropolus est appellatus. Liquet, natione paulatim exculta, in victimarum humanarum locum sacrificia taurorum successisse. In his vocibus Sophocleis nil mutandum esse, neque scribendum ταυροπόλος, docuit Lobeck.

A Diana Taurica, Hecate quasi, coelo ereboque potente, cujus artibus magicis Ajax in hoc crimen

pellectus esse videretur, egregie incipit Strophe, in qua series sententiarum haec:

A vers. 172—183: Numquam enim, o Ajax, in eam stultitiam delapsus es, ut in greges eo cum impetu irruere potuisse videaris. Divinitus quidem hic morbus tibi immissus esse potest. Sed et hanc quoque malam famam et Jupiter et Apollo ab Argivis avertant! — Sin Agamemnon et Menelaus aut Ulysses, iste Sisyphides, mera mendacia fundunt: obviam eas, ne haec ignominia maneat tibi inusta.

In Antistrophe:

A vers. 183—200. Agedum, surge e tentorio. Nimis otiosus es pugnae spectator, divinitus immissa flagrans pernicie: quum interea inimicorum petulantia cum magno omnium applausu et cachinno increscat; quod mihi acerbum facit dolorem." Quam tracta et fluens oratio! Sic chori est, omnia in partem mitiorem interpretari.

v. 173. μεγάλ. δεινά, terribilis. Sic in Euripid. Med. 183. μέγας τίς ἦλθε δαίμων. — φάτις, quamvis, ut λόγος, saepius *rem* significet, quod Bothe ad Oed. Col. 282. docuit, hic tamen *famam*, quae increbruit, e contextu indicat. Nam senes Chori haec pro certis venditare nec potuere, nec voluere. — μᾶτερ, causa, origo, per translationem etiam apud Latinos solennem. Cicer. Legg. 1, 22.: mater bonarum artium est sapientia. Horat. Sat. 1, 3, 98. utilitas mater aequi. — αἰσχ. ἐμ. non probri atque dedecoris, sed *pudoris*. Pro pudor ignominiae!

v. 175. ὥρμ. sensu transitiv. *impulit*, ut in Homer. Il. III, 338. μαλακοῖς ἐπέεσσιν ὥρμησεν ἐς πόλεμον. Odyss. VIII, 490. ὁρμηθεὶς (ἐκ) θεοῦ. — πανδήμ. loco ἐπ' ἀγέλας βοῶν πανδήμους, in publicos boum greges. Cf. v. 45 et 53.

v. 176. νίκ. ἀκάρπ. χάριν, propter quandam victoriam infructuosam, ex qua nullum κάρπωμα, nulla ἔγκαρπα εἰς τὴν ἀντίχαριν ὀφειλομένην ceperit. Ἔγκαρπα enim fuere sacrificia, in quibus hostiae una cum frugibus offerebantur. Cf. Trachin. 238. εὐκταῖα. Itaque haud necesse est, ut cum Bothio νείκης pro νίκης legamus et *fortasse ob convicium quoddam inutile, nocens*, vertamus. Nam sententia per se jam diversa est a sequentibus; et, ni res ita se habeat, poëta tamen se ipse interpretatur. χάριν pro ἕνεκα, ut supra v. 93. ἄγρας χάριν. Si quis cum Johnsono et Benedicto ἀκαρπώτου legere velit, in sermonem incidat pedestrem; poëtae tragici casuum in adjectivis enallagen amant; ut supra v. 8 et 135.

v. 177. ἤ ῥα. Ne legas ἦρα, *quod attinet ad*, ἕνεκα, ut in ἦρ' ἀρδίων, telorum causa, ἦρα φιλοξενίης apud Callimach. fragm. 41. Quamvis Schaeferus id jubet, molesta tamen est repetitio τοῦ χάριν. Ut ἤ ῥά in vers. 172 et 179., ita ἤ που in vers. 176. et ἤ ῥα in vers. 177. et εἴτε in vers. 178. sibi respondent. ἤ ῥα igitur hîc valet *sive*. Nam de spoliis inclytis nunc sermo est. At, ut poëta se repetat, idem erit, quod ἤ τοι, καὶ δὴ, *nimirum*, ja sogar. — κλυτ. ἐνάρ. ψ. *opimis spoliis fraudata*. ψευσθεῖσ' enim cum genitivo construitur. Quare Schaefer pro Brunckii lectione ψευσθεῖσα δώροις, εἴτ' ἐλαφ. post ψευσθ. reposuit comma, et ψευσθεῖσ', ἀδώροις εἴτ' ἐλαφ. emendavit. Vox δώροις voci ἐνάρων haud congrua, quamvis donum Diis oblatum significet. Tum propter antecedens ἀκάρπωτον χάριν etiam ἐλαφηβ. adjectivo ornandum esse videtur. Malim tamen sic corrigere: δώροις ἐλαφηβολίοις sive ἐλαφηβολίων sive ἐλαφηβολίας. Nam poëta respexit Elaphebolia, Dianae festa sub finem Februarii et Martii initium celebrata ab Atheniensi-

bus. Cervi immolabantur Dianae ἐλαφηβόλῳ (Trachin. 214.); unde et ille mensis ἐλαφηβολιὼν, ἐλάφιος apud Eleenses nuncupatus est. Vid. Plutarch. de virtute. Pausan. V, 13. VI, 20. Licet tamen, si δώροις cum ψευσθ. jungi potest, ἐλαφ. vertere *cervorum ob caedes*, ut Sophocles cogitaverit de retenta in Aulide classe Graecorum, interemta ab Agamemnone cerva Dianae sacra. Iphigenia ipsius menti obversata esse videtur ob vers. 172. — Pro vulg. ἤ τ', quod Bothe retinuit, rectius legitur εἴτε. Etiam Longinus jungit εἴτε et ἤ. At ne post ἐνάρων commate interpungas! Nam pendet a ψευσθεῖσα, quod genitiv. regit. Vid. Oed. Colon. 1509. et Ajax, 1382. καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ.

v. 179. Ut poëta versum 176. ex Homeri Iliad. IX, 529 seqq. hausit; ita hic quoque Lapitharum certamen cum Centauris in oculis habuit. Nota est fabula de Dianae ira, quum Oeneus, ea sola omissa, ceteris Diis omnibus primitias sacrificasset; quare immissus aper Calydonius. Virgil. Aen. VII, 305. Ovid. Metam. VIII, 4. Statius Theb. VII, 203. Illud ἀκάρπωτον in vers. 176. Thalysiis alludebat festis, quibus agricolae post messem Cereri primitias consecrabant, ut fructibus in horrea convectis virescerent et progerminarent in campis omnia, quod vocabant θάλλειν. Vid. Theocr. Idyll. V. Et Artemis, quae partus sanos et integros redderet, Aetolis irascebatur (χωσαμένη) ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς Οἰνεὺς ῥέξε. Primitiis igitur frugum ibi opponebantur primitiae armorum. In his versibus e contrario Martem in animo habuit, qui in Pirithoi sacris inter ceteros Deos solus praeteritus in Lapithas exarsit et furorem immisit, quo illi cum Centauris infestis armis concurrerent. Vid. Serv. ad Virgil. l. cit. Luctat. ad Statii Theb. II, 563. Ovid. Metam.

VIII, 303. XII, 210. Eurip. Phoeniss. 951. de ira Martis in Cadmum. — χαλκοθ. χαλκεοθώρηξ, aenea lorica indutus, epitheton militis, dein Martis, quale πολύμοχθος, φοίνιος, indomitus, bellicus, armipotens, bellator. Aen. Virgil. IX, 717. et 721. Ἐνυάλ. h. l. non diversus a Marte, ut in Aristoph. Pace 757. Nam proprio nomine non distinguitur. — ἥν τιν' pro quo Musgrav. μή τιν' interrogative reposuit, scholiis minoribus deceptus, quae ποίαν interpretantur. Recte quidem, quum huic voci ἥν τιν' vis interrogandi quaedam insit, quae tamen totam propositionem non complectitur. Mirum quoque est, quod post λώβαν in fine vers. 182. interrogationis signum posuere, quum ἦ ῥά pro ἦ δὴ in initio vers. 172. *verum enim vero* significet, ut interrogatio per totum hoc systema versuum locum habere non possit. Margo Codic. Jenens. offerebat ὁ χαλκοθώραξ ἥ τιν' quod Schaefer recepit. At versus 190. qui huic respondet, a syllaba correpta non incipit. Codices habent ἤ χ. ἥ τιν' Ἐνυ. quod mutavit Johnsonus in ἢ χ. ἥντιν' Ἐν. quem sequutus est Brunckius. Bene. Cf. Lobeck. addenda p. 441.

v. 180. ξυνοῦ i. e. κοινοῦ δορὸς sc. ἕνεκα, κοινῆς συμμαχίας ἕνεκα μομφὴν ἥντινα ἔχων κατὰ σοῦ, qualemcunque ob rem in sociato bello ab Ajace perpetratam. Opponitur μονοστόλον δόρυ. Vid. Eurip. Phoeniss. 759. δόρυ μονομάχον, ibidem 1346. μονομαχία. — μομφὰς ἔχων, μεμφόμενος σοί, tibi iratus, indignatus, stomachans. Eurip. Phoen. 790. Ajax a Marte adjutus rei bene gestae gloriam sibi soli arrogaverat. Quare ipsum ad absurdum facinus noctu perpetratum dolo incitasse Mars videbatur. Cf. vers. 21. — ἐνν. μηχ. ἀπέδωκε σοὶ βλάβην. — λώβη, λύμη, labes, αἰκία, ὕβρις, contumelia, injuria: Sic in Phoen. 331. φυγὰς ἀποσταλεὶς ὁμαίμου λώβᾳ.

Sensus hujus loci: injuriam tuam ultus est. — ἐτίσατο, ἐτιμώρησε. Proprie dicitur: τίομαι τινὰ δίκην, aliquem ulciscor, punio. Vid. Homer. Odyss. XIII, 15. Regit accusativum rei, culpae, et genitiv. personae; sed quoque cum accus. personae, et cum accus. duplici construitur. — Etiam apud Eurip. in Hippolyto v. 141. Troezeniae mulieres Phaedrae morbum a Diis immissum fuisse opinantur.

v. 183. φρενόθεν. ἐκ φρενὸς, ex animo, sponte, εὔφρων, sed certe ἔξω φρενῶν καθεστὼς. Lubentius tamen vertam: numquam ante a sana mente ad eam stultitiam aberrasti. Scholiastes haud male οἰκόθεν, quod non *e tentorio* reddiderim, sed *tua propria facultate*, proprio Marte, vel τὸ πάτριον ἔθος φυλάττων, quod εὐγένεια te retinuit. Sic in Eurip. Phoeniss. v. 303. ὁ οἰκόθεν νόμος. — ἐπ' ἀριστ. ad studia sinistri, ad stultitiam pronus fuisti. Schol. ἀριστερὰ, τὰ μῶρα, δεξιὰ δὲ τὰ συνετά. — τόσσον, τόσον i. e. τοσοῦτον, adeo, in eum modum. — ἐν π. πιτν. per tmesin pro π. ἐμπιτνῶν, ut in greges sic irrueres. Minime vero reddendum: quamvis ita in greges incidisti. — φάτιν, non infortunium, quod etiam ab omnibus Graecis deprecetur Chorus, sed malam Ajacis famam, quem diligit. Bene sic laudamus illud: Di meliora piis, erroremque hostibus illum!

v. 185. ἥκ. γ. ἄ. θεία (θεόθεν) νόσος, ἄτη. Morbus sive insania ejusmodi divinitus quidem ingruere possit.

v. 186. ὑποβ. κλέπτ. i. e. λάθρα ὑποβάλλονται, furtim conficta crimina subdunt, λανθάνουσι ὑποβ. Schol. κρυφῶς φέροντες, ὑποσπείροντες τινὰς λόγους, λέγοντες κρύφιόν τι.

v. 189. Cod. Paris. Imper. 2712. βασιλεῖς. Agamemnon et Menelaus.

v. 190. ἤ scil. τίς (δεικτικῶς et cum invidia) ἐκ τ. γ. ἀσ. Σισ. aut quis ex perdita sive nequissima Sisyphidarum gente, Ulyssem digito monstrans. Sisyphus, Corinthi rex, latrociniorum suorum poenas ut det, apud inferos saxum ingens in montem altissimum advolvere fingitur, quod magno vix labore advolutum semel statim relabitur. Vid. Virgil. Aen. VI, 616. Ovid. Met. IV, 459. Ejus ex Anticlea, Autolyci filia, quam Laërtae desponsatam ille violaverat, filius est Ulysses, hinc Sisyphides dictus. Vid. Ovid. art. am. III, 313. Euripid. Orest. sub init.

v. 191. μή μ', pro μοί. Eliditur enim diphthongus.

v. 192. ἐφ. κλ. ὄμμ' ἔχων, in maritimis tentoriis oculos habens, tentoria oculis intuens, intra parietes remanens. Παπταίνειν debes. — κακ. φάτ. ἀρ. malam ut in posterum retineas famam semel tibi inustam. ἀ in ἄρῃ producitur, pro quo Triclinius pessime ἄρης.

v. 194. ἄνα, pro quo Bothe ἄν' absque necessitate. Nam vocalis, quae eliditur, tamen saepius scribitur. Vid. Buttmann. Grammat. p. 50. — ἑδράνων, ἕδρας, κλισίας.

v. 195. μακρ. (μακρὸς et αἰών), πολυχρονίῳ, nimis longo otio. στηρ. defixus manes, haeres. Al. στηρίζει, minus bene.

v. 196. ἀγων. σχ. i. e. σχ. ἀγῶνος, πόνων, languescis in otio a proeliis, a certamine hostium, qui in te tumultuantur. Segne trahis otium. Musgr. maluit ἀγωνιῶν ab ἀγωνία, proelium.

v. 197. ἄτ. οὐρ. φλέγ. perniciem divinitus immissam incendens, excitans, suscitando alens, augens otiose sedendo rumorum flammam. Eurip. in Phoen. 250. Ἄρης αἷμα δάϊον φλέγει (διεγείρει) τᾷδ', ὃ

μὴ τύχοι, πόλει· κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη. Sophocl. πάνθ' ὁ χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει. φλεγυρὰ ψῆφος βρότων, ὑβριστικὴ, λαμπρὰ, βλαβερά. Hesych. Neutre tamen illud φλέγει haud accipiendum, ut accus. ἄταν pro dativo adsit. Ajax ipse tranquillo sedendo ignes mali sermonis audaciores reddit. Similiter Horat. Sermon. 1, 4, 125.: flagrare rumore malo. Egregia imago!

v. 199. Propter metri gravitatem legendum:

ἀτάρβη —
θ' ὁρμᾶτ' εὐανέμοις βάσσαις.

Praepositio ἐν superflua ex glossem. irrepsit. Sed ἀτάρβητα, quod versus anteced. finem concludit, neutr. plural. loco adverb. ἀταρβῶς, ἀταρβητῶς, ἀταρβάκτως (ταρβέω. Vid. Pindar. Pyth. IV, 194.), intrepide. Forte legi possit ἀταρβής. Scholiast. enim: γράφε ἀτάρβητος. nullo cohibità metu. — ὁρμᾶτ'. Ald. et pleriq. Codd. adjuncta praepos. ἐν, quae ex εὐ in voc. seq. enata est. Etiam omnes Johnsoni Codd. et Jenens. ὁρμᾶτ' loco ὁρμᾶται, prorumpit, surrexit. — εὐαν. βάσσ. in saltibus ventosis. Schol. τοῖς βατοῖς τόποις τοῦ ὄρους. βῆσσαι γὰρ ὁ βάσιμος τόπος τοῦ ὄρους. Schluchten, Triften, Auen. Hymn. in Apoll. 284. Pindar. Isthm. III, 17. Ἰσθμοῦ βάσσαις — κοίλαν νάπαν. In saltibus ad radicem Idae prope mare ventosis, quos praeter naturales etiam venti rumorum nunc perstrepunt. Sic Coelius in Ciceron. Epist. VIII, 8. fama surrexit; quo vento projicitur. Cluent. 28. Sulla. 14. vento in optimum quemque excitato. Igitur non video, cur Bothe correxerit εὐανέμους βάξεις i. e. φάτιν, φήμην, *secundis rumorum auris*, quamvis noster in Trach. 468. et alii poëtae hac imagine saepius utantur, etiam in re minime secunda. Nam εὐαν. non modo significat *vento secundo qui fertur*, sed etiam

ventosus, ventis magnis et protervis expositus, saltus. Ut tamen res ita se habeat, etiam hac ratione βήσσαι dici possunt εὐάνεμοι, quatenus a rumoribus cum vento populari, cum plebis applausu perflantur. Emendatio illa sermonem pedestrem, glossema olet, nec minus accusativus pro dativo hic valde molestat.

v. 200. Sunt Genit. absoluti. Dum omnes cachinnum tollunt, in cachinnos effunduntur, cachinno concutiuntur. — γλώσ. i. e. πρὸς γλώσσας τῶν ἐχθρῶν, propter hostium linguas malas, propter convicia. — καγχλ. si forma est genuina, pro καγχάζω. Hesych. ἀθρόως γελῶ. Athenaeus X. p. 488. Cic. ad Divers. IX, 2. Vitemus linguas hominum.

v. 201. βαρυάλ. i. q. βαρυαλγὲς, βαρὺ, notione ultimae vocis oppressa. Sed, ut syllaba augeat versum, metri causa legendum βαρυάλγητον, quod Bothe egregie divinabat. — ἕστακε, ἐστὶ, dolor sedet infixus. Ita illud καὶ ὅς τὰ ὄμματα ἕστησεν, Dolorem altum premere nequeo.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

v. 202. Tecmessa egreditur in scenam, ut curam doloris et questus pectore effundat, et Coryphaeo et Choro amicissimo, qui πάροδον finivit, de re domestica et de periculis inde metuendis communicet. Carmen igitur quasi ἀμοιβαῖον inter Tecmessam et Coryphaeum, dein a vers. 214—257. inter Tecmessam et Chori utramque partem vicibus canentem, ut metus et trepidatio alatur, Chori carmini praecedenti ita annexum est, ut versus stylo nitidissimo, lyrica vi paulatim decrescente, ad jambicos numeros iterum decurrat. Ita Protasin nunc excipit Epitasis. Metrum exhibet inde a v. 201—221. *anapaestos.* Quod ad mensuram attinet, nota haec minime negligenda. In vers. 204. prima et tertia sede dactyli sunt intermixti, ut 205. prima et secunda sede. 206. Basis anapaestica. 207. vers. Paroemiacus. 209. iterum Paroem. 211. dactyl. in tertia. 212. dactyl. in tertia. 213. Paroem. 216. dactyl. in tertia. 217. dactyl. in prim. 219. dact. in prim. 220. Paroem. — In Strophe hi numeri inveniuntur. Vers. 221. constat ex jambo et trochaeo, v ́— v — | — v — v. ad acerbos affectus exprimendos idoneo. V. 222. Dactyl. penthemim. V.

223. Anacreont. v—́v—|v—́—. V. 224. Dactyl. dimet. hypercatal. V. 225. Anapaest. dimet. Ex utrisque versib. Bothe unum Dactylic. tetrametr. hypercatal. fecit. V. 226. Choriamb. dimet. hypercatal. V. 227. Glycon. polyschemat. hypercatal. —́—v—|—́vv——. V. 228. Versus Sapphici ultima pars. vv—́v——. Penthemim. jambica? V. 229. Pherecrateus ——|—́vv|—́—. V. 230. Anapaest. cum Bacchio, ut in fine vers. Sapphici. vv—́v—v. Ex utrisque praecedent. Bothe fecit Choriamb. trimetr. catal. ἰαμβίζοντα cum basi 3 vel 4. temporum. v—|—́vv—|—́vv—|v—́v. V. 231. Glycon. V. 232. Glycon. polyschemat. cum ditrochaeo in prima sede. —́v—v|—vv—. Canticum Tecmess. a vers. 233—245. iterum constat ex Anapaestis. 233. spondeus in sed. prima et secund. dactyl. in tertia. 234. dactyl. in tertia. 235. dactyl. in prima, spond. in sec. dactyl. in tert. 237. spond. in tert. 239. Bothe egregie observavit, hunc versum, ut basis anapaestica enascatur, voce θερίσας concludendum esse. Hic enim et sententiae et numerorum requies invenitur, ut cetera numerosius cadant. Itidem in carmine amoebaeo, quod in Antigon. legitur, vers. 938. sextus a fine systematis anapaestici basin anap. offert. V. 240. ubi basis a Brunckio exhibetur, reliquis versus antecedentis verbis adjectis, anapaesticum tetrametrum compensat. V. 242. dactyl. in quarta. 243. in quarta sede. 244. Paroemiac. — Antistrophe a

vers. 245—257. numeris Strophes respondet. Canticum Tecmessae a vers. 257—263. anapaestos continet. 257. dactyl. in prima. 261. dactyl. in prima sede. 262. Paroemiacus. Tum demum Jambici tetrametri a vers. 263—332. recitantur. De interpellatione Chori antistrophici vid. Hermann. Illustr. Epit. doctr. metric. pag. 279. c. XXIV.

Tecmessa, ab Ajace capta et amata, Teutlantis sive Teuthrantis (ut habent Dares de Excid. Tr. p. 174. Dictys L. II. p. 41. ed. Amstel.) sive Teuthantis (Tzetzes Chiliad. III, 76.), Tethrantis (Cedrenus T. 1. p. 127.) Phrygii filia, Teuthrantem, Mysiae regem, patrem habuisse ab aliis traditur (v. Vauvilliersium); a quo Teuthrania (Τευτρανία), regio supra Aeolida, quam Mysi veteres quondam tenuere, dicta est. Vid. Ovid. Art. am. III, 517. Horat. Od. II, 4, 6. Hygin. fab. 99 et 100. Plin. n. h. V, 30. Strabo. Ovid. Heroid. IX, 51. Trist. II, 1. Etiam Graecus quidam ab Hectore interfectus Teuthrantis nomen gessit. Homer. Il. V, 705. Sic et miles a Turni partibus. Virgil. Aen. X, 402.

v. 201. ἀρωγ. ἑταῖροι, socii navales. — Ante γενεᾶς subaudiendum ἐκ, *e genere* ab Erechthidis profecto. Genitivus usurpatus est, ut a Virgil. in Eccl. VIII, 45. *generis nostri* puerum. Itaque non jungenda ἀπὸ γεν. χϑ. Ἐρ. nec supplendum φῦντες. — χϑονίων, αὐτοχϑόνων. Hesych. πρωτογόνων, originitus indigenarum, non advenarum. Erechthidae, Athenienses, aborigines, ab Erechtheo rege dicti, cujus filiae virgines mortem pro patria contemsisse narrantur. Cicer. pro Sest. c. 21. de Finib. V, 22. Tuscul. 1, 48. Ovid. Metam. VI, 677. VII, 430. Justin. II, 6. Hygin. fab. 46. Salamis in vicinia Atticae sita erat, et Telamon ex Aegina oriundus. Quare haec placuere Atheniensibus.

v. 203. *ἐχ. στ.* Est ut gemamus, *στοναχίζομεν, στενάζομεν.* — *κηδόμ.* regit genitiv. *quicunque curam gerimus.*

v. 204. *τηλ.* et *οἴκου* jungenda sunt, pro *οἴκου τηλόθι ὄντος, κειμένου.* Adverbia enim *unde?* pro adverbiis *ubi?* saepius a Tragicis usurpantur. Ne construas *κηδόμ. τηλόθεν e longinquo* curantes.

v. 205. *ὠμοκρατὴς,* vox vere Graeca, quae non cum Scholiaste ab *ὦμὸς* (tolerans), sed ab *ὠμὸς* (crudus) derivanda est. Significat virum, cujus *κράτος ὠμὸν,* robur adhuc crudum est. Sic *ὠμὸν γέρας* in Homer. Odyss. XV, 365., cruda viridisque senectus in Virgil. Aen. VI, 304. occurrit. Deduci quoque potest ab *ὦμος,* humerus, ut significet virum humeris latis ac torosis insignem, quales heroum et deorum, ut Mercurii, Martis esse finguntur. Vid. Virgil. Aen. I, 589. V, 376. IX, 725. VIII, 731. adtollens humero famamque et fata nepotum: de Aenea clypeum gestante. Brevi, est epitheton heroïs, ut *ὠμοδακὴς, ὠμόφρων, αἴθοψ.* vers. 222. *εὐρύστερνος, εὐρώστος, εὐρυσάκης, εὐρυστήθης.* Igitur non opus est conjectura Bothii et emendatione, qui legit *νῦν γὰρ ὁ γ' ἀκρατὴς,* fortissimus. Nec frigent cetera epitheta *ὁ δεινὸς, ὁ μέγας.* Inest gradatio.

v. 206. *θολερ.* (*θολὸς,* lutum), *συννεφεῖ,* turbida, nubila tempestate. — *κεῖται* de iis, qui infortunio oppressi jacent. In Eurip. Phoeniss. 1666. *ἐν οἵοις κείμεθ' ἄθλιοι κακοῖς, ὡς σὲ στενάζω τῶν τεθνηκότων πλέον.* Ibid. 878. *κεῖσθαι ἐν κλυδῶνι.* Ajax jacet, i. e. nec vires, nec virtus nec dignitas quicquam amplius ei prosunt. Similiter in Virg. Aen. VII, 297.: mea numina tandem fessa jacent. — *νοσήσας,* aegrotans, Deorum ira, hominum invidia, fato pressus. Eurip. Phoeniss. 884. *νοσεῖ γὰρ ἥδε γῆ πάλαι.* Cf. Ajax. 1148 et 1149., ubi similis

imago repetitur. σμικροῦ νεφοῦς — χειμῶνα. Sensus totius cantici hic est: Est ut gemamus, o socii, Telamonis longinqui domesticis rebus metuentes, quod Ajax, ejus filius, obscuro quodam morbo et fati turbulenta tempestate laborat. Confer. loc. luculent. in Antig. 582 sqq.

v. 208. Coryphaeus hos versus canit. — τί δ' ἐνήλλ. Quale onus haec nox ἀντὶ τῆς ἡμέρας, τοῦ φάεος, pro die laeto, quem exspectabamus, nobis mercata est! Nam, ut Cicero Attic. III, 15. ait, dies levat luctum. Et φάος, quod cum ἡμέρα saepius commutatur, saepius spem laetam significat, ut in Antig. v. 600. et illo Horat. redde lucem, dux bone, patriae. Contrarium in Eur. Phoen. vers. 3 et 4. δυστυχῆ — ἀκτῖν' ἐφῆκας. Aut ἐνήλλ. positum est pro ἀντηλλάξατο, ἀντεμείψατο, ut regat genitivum; nam proprie cum dativo jungitur. Sensus foret τί βάρος ἥδε νὺξ ἀντηλ. τῆς ἡμ. quale onus haec nox cum die commutavit. Nox enim τίκτει τὸν Ἅλιον. Trachin. 95. Perdidimus hunc diem. φάος οὐκ ἀπήλλαξε νύκτα. In stationem noctis non dies, sed infortunii βάρος, ἡμέρα πονηρὰ, successit. Antig. 596. Jejunum esset, si quis vellet jungere τί βάρος τῆς ἡμ. ἐνήλλ. ἥδε νύξ. quod infortunii onus in diem huncce injecit pristina nox! Supersedendum est Bothii emendatione τοῖς ἀμερίοις, *Quamnam hesternis nox haec commutavit infortunii vicem?* ἀμέρια non sunt hesterna. Et die hesterno Ajax jam premebatur malis, quod clypeus Achillis ei erat ereptus. Rectius tunc acceperim ἀμέριος pro ἐφημέριος hoc sensu: quam fortunam infestam mercata est i. e. paravit ἔφερε ἀμειβομένη, nobis, *miseris et aegris mortalibus.* Vid. Antig. 789. Hermannus conjecit τῆς εὐμαρίας hoc sensu: quod tandem onus haec nox permutavit cum (hesterna) nostra tranquillitate?

i. e. pro ea invexit. Egregie! Erfurdt.: *τί δ' ἐνήλλακται τόδ' ἀημερίας νὺξ ἥδε βάρος;* quo admisso *ἀημερίας* pendebit a *βάρος*. Scholiastes hanc conservavit scripturam, quam pessimam optimo jure dixeris. Lobeckius, haud male *τί διήλλακται δὲ δυςημερίας*, quum Ajax et heri infelix hodie in majus inciderit malum. — *βάρος* de gravitate malorum solenne. Eurip. Phoen. 1688. — Videmus, actionem tragicam ab ortu solis incepisse.

v. 210. Τελλ. Vulgo Τελεύτάντος, quo metrum corruit. Bothe, qui ex vers. 209 et 210. unum faciebat, omisit, pro glossemate e vers. 331. petito habens, ubi in Cod. Jenens. *τοῦ φρυγίου* hinc sublecta et adscripta fuere. *τοῦ φρυγίου κατ' ἐξοχὴν* dictum esse opinatur de hoc opulentissimo rege. Vid. 488. Ast semel ac ab initio quidem nominandus erat ipsius pater, ut spectatoribus succurreretur.

v. 211. *λέχος*. Abstractum pro concreto. Lectus jugalis, connubium, *συνοίκησις* pro lecti socia, *ὁμευνέτις* (v. 501.), *σύνοικος*, *σύμβιος*, *νύμφη*. In Virgil. Aen. II, 579. Conjugiumque domumque, patres natosque videbit. — *στέρξας ἀντέχει* pro simplici *ἔχει*, *ἔστερξε*. Te lecti sociam in amoribus habet; amorem erga te, lecti sociam, ceteris captivis praelatam, alit adeoque te inprimis sustentat, quod ejus conjux es, quicum omnia communicat. Parum commode Benedictus cum Erfurdtio comma post *στέρξας* reponit, quod *λέχος* cum adjectivo *δουράλωτον* junctum est. In ea enim notione nil inest, quod virum amore impleat. Schol. *τιμᾷ*. Eurip. in Hec. 119. *τῆς μαντιπόλου βακχῆς ἀνέχων λέκτρ' Ἀγαμέμνων*. — *δουρ.* Sic metrum postulat. Vulgo perperam *δορυάλ.* cf. infr. 894. *δουρίληπτ.*

v. 212. Ut rei haud ignara veritatem nobis suppeditare possis. Non vacat praepositio ὑπὸ, clam, furtim, clanculum reliquos Argivos.

v. 214. λέγ. λόγ. ut v. 79. γέλωτα γελᾶν. — ἄῤῥητον, infandum sermonem. Cf. Virg. Aen. II, 3.

v. 215. πάθος, pro quo Triclinius βάρος, quod 208. jam adfuit. Schol. quoque Cod. 2820. adnotavit πάθος· γράφεται βάρος. — θάν. ἴσ. morti amarae aequalem, aequatum, mortem aequiparans.

v. 217. νυκτ. pro νυκτὸς. des Nachts. — ἀπελωβ. infamiae labe dignitatem maculavit, splendorem turpi nota polluit. cf. 182.

v. 219. χειροδ. (δαΐζω) manu caesus. — αἱμ. αἱματωπὰ, cruentas, sanguinolentas victimas. — χρήστ. h. l. trucidata corpora. Abstractum pro concreto. (διαχράομαι, neco). Sens.: tales manu caesas, cruentas victimas, pecora ab hocce viro trucidata, intra scenam conspicias.

v. 221. ἐδήλ. Qualem nuntium ad me attulisti, ut Ajacem tantum non manifestum facinoris teneamus!

v. 222. αἴθ. de viro ad iram propenso, θούριος, incensus, v. 212. αἴθοψ enim est igneus, αἰθὸς, αἴθων. Sic in Silio VI, 208. igneus in pugnas. Quin et fulmina heroës appellantur, ut uterque Scipio in Cicer. Balb. 15. duo fulmina imperii. In Ajac. 954. κελαινώπαν θυμὸν de ira occulta legimus. κελαίνωψ apud Pindar. in Pyth. 1, 13. κελαίνωψ, terribilis aspectu. — Ald. perperam legit αἴθωνος, metro repugnante.

v. 223. οὐδὲ φευκτ. nec evitabilem, quem effugere non licet, quod primores eum differunt rumorem, et vulgus credulus auget, et veri quidquam famae inesse potest. Cf. 165 et 151. Chori enim est, in spectatorum animis spem innocentiae ceterosque

humanitatis sensus alere, ne vis tragica ad irritum revolvatur. Inter spem metumque dubius vacillat. Vid. v. 221. Quare haud necesse est, cum Musgr. φθεγκτὴν, vel cum Bothio ἐπακτὰν i. e. ὑπόβλητον, *confictum*, legere.

v. 224. μεγ. Δαν. a primoribus Danaorum, ab Agamemnone, Menelao, Ulysse. In D. divisim legitur ὑπὸ κλῄζ. Sed verba composita casum regunt, quem praepositio, quicum composita sunt. ὑποκλῄζ. (κλέος) qui dispergitur.

v. 225. τὰν ὁ μέγ. Musgr. eleganter emendavit παντομιγὴς, sermo multiplex, per circulos vulgi varie diffusus rumor. ἁπλοῦς enim ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἐστὶ, secund. Eurip. Phoeniss. v. 481. Fama a primoribus disseminata multiplici populum sermone replebat. Attamen μέγας egregium famae epitheton est. Virgil. Aen. IV, 176.: parva metu primo mox sese attollit in auras. Ovid. Metam. XII, 43. Deinde τοῖς μεγ. Δαν. exquisite respondet. Fama magnis Danaïs major et efficacior, quorum sermones vulgatius auget, ἀέξει, αὔξει. Nam vires requirit eundo, tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri. Similiter in Phoeniss. 877. μέγας (terribilis) ἀγὼν occurrit.

v. 227. τὸ προςέρπ. τὸ μέλλον, τὰ μέλλοντα (futura) κακά. Vid. Antig. 361.

v. 228. περίφ. i. q. περιφανὴς, λαμπρὸς, illustris, cf. supr. 66. ὁ κλεινός.

v. 229. Schaef. post θανεῖται punctum reposuit, et post χερὶ delevit. At duplicati dativi molestant. Bothe vertit *ob manum furiosam*. Et Camerarius refert θανεῖται propter vers. 255. ad poenam mortis, quam Ajax a Graecis subiturus erat, quod nullus adhuc suspicioni fuerit locus, eum propria sibi manu mortem consciturum esse. Chorus tamen rem

adhuc in suspenso relinquit. Num semet ipse sit interfecturus Ajax, an supplicium daturus? dubitat. Ipsius quoque est, ut in Antig. 1251. et aliis locis, mala futura ominari, ut spectatorum animos ad ea, quae accidere possint, attentos faciat, metumque alat. Igitur, quae cogitaverit Chorus, haec fere sunt: Quum Ajax vir dignitate conspicuus sit, ab aliis ignominiose necari se haud patietur, sed mortem voluntariam forsitan subibit, nisi supplicium in eum constituere occupant Graeci. Quae tamen poena eum manet, quod greges cum custodibus interfecit, aut interfecisse putatur, imo insimulatur. Vers. 253 et sqq. metus tantum incrementa produnt. — παραπλήκτ. χ. manu vecordi, insana cadet, sive sua ipsius manu, sive Graecorum. Brunckius ita recte haec verba cum antecedenti θανεῖται conjunxit, et commate a seqq. separavit. Cf. 401. Musgravius vero et Lobeckius suasere, ut παραπλήκτῳ χερὶ cum sequentib. conjungantur. Benedictus Brunckio adstipulatur, sed in eo vehementer errat, quod ἱππονόμους de canibus armentorum custodibus explicet ob vers. 288., ubi κύνας βοτῆρας legimus. — συγκατακτὰς a verbo συγκατάκτημι, συγκατακτείνω, contrucidans, quod contrucidavit, vel tamquam is, qui necaverit. Praepositio σὺν refertur ad βοτῆρας, qui simul interfecti erant.

v. 231. κελ. per synecdochen pro singulari. *Ense atro.* Ita in Phoeniss. 1108. μελάνδετον ξίφος, μέλαιναν, σιδηρᾶν λαβὴν ἔχον. Vel ense *fatifero.* κὴρ enim μέλαινα audit, in Phoeniss. 967. Sic atra mors, atra Styx, atra nox, atrum venenum. Ense *horribili, cruento.* In Virgil. Aen. VII, 743. aereus ensis. Hesiod. μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

v. 232. Bothe Ἱππονόμους rescripsit, litera initiali majuscula; et refert ad loca in vicinia Trojae

sita, quod eorum nomen (Ἵππου λειμῶνες appellabantur) audiisse videatur Tecmessa sec. vers. 233., nec Ajax in equos saevierit. At primae vocis notio, ut saepe, mortua. Vide. 143. ἱππομανῆ. Itaque βοτῆρ. ἱππονόμοι sunt βοτ. τοῦ νομοῦ, minime vero custodes Hippi agentes.

v. 233. κεῖθ. Ex vers. 224 et 225. Tecmessa tantum conjecturam facit de loco, unde Ajax abductos greges necaverit. — Triclin. leg. ἐκεῖθεν, ἐκεῖθεν, quod absonum. Dispondeus enim sententiae gravitati egregie congruit, et dipodiae anapaestorum propter caesuram solutos nec immixtos pedes capere amant.

v. 234. δεσμ. i. q. δέσμιον, vinctum gregem, sensu collectivi; quare ὧν pro ἧς sequitur. ἄγ. ἦλ. i. e. ἀπήγαγε, abegit. Cf. supra 62 et 63.

v. 235. τὰ μὲν scil. σφάγια, βοτά. — σφάζ. ἔσφαζε (φάω), mactabat. — ἐπὶ γ. humi fusa. — ἔσω, ἔνδον τῆς κλισίας. — Ald. et vett. Codd. perperam ὧν τὴν — τὰς δέ.

v. 236. πλευροκοπ. (πλευρὰ, κόπτω), tergoribus, costis dissectis, discussis. — ἀνερρ. (ἀναῤῥήγνυμι) perrupit.

v. 237. ἀργ. pedibus niveis, niveos, candidos arietes. ἀνελ. tollens in altum, i. e. duobus candidis arietibus sublatis. — γλῶσ. ἄκρ. linguae extremam partem, extremitatem. — θερίσ. demetens, praecidens. — ῥιπτεῖ (ῥιπτέω i. q. ῥίπτω. Xenoph. Sympos. II, 8.) linguam praecisam projicit, Ulyssis linguam malam puniri opinatus. Ciceronis lingua a Marci Antonii uxore simili ultioni mactata narratur. Saevitia nota ex Plaut. Aul. II, 2, 12. Justin. 1, 10. aures, nasum et labia et cet. — κίονι δήσας. Cf. supra v. 108. et 103 sqq.

v. 241. Bothe hunc versum cum praecedente connectit, ut λαβὼν superfluum sit, et cetera dativi locum obtineant: *grandi loro equestri alligat columnae*. Sed trahenda sunt ad μάστιγι. Scutica enim duplex e loro equestri constitit. ἱπποδ. (δέω) ῥυτ. (ῥύω), ἵμας, habena equis flectendis inserviens. Poena humilis atque servilis! Plaut. Pseud. 1, 2, 12. Horat. Ep. 1, 16, 46. Servum loris rumpere solebant. Pandect. XLVII, 10, 15.

v. 243. Δεννάζ. (δέννος, δεινὸς, Jonice δεννός. Schol.) ab accusativis comitatur, ubi casum tertium exspectes: *conviciis malis consectans.* In Antig. 759. ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις. Verbum idem τῷ κωτίλλειν, λυπεῖν. — δαίμων, κακοδαίμων, malus genius, a quo obsessus teneretur.

v. 245. ὥρα sc. ἐστί. Jam tempus est ergo. — τιν' pro μέ. Vocula Germanorum *man*, et Anglorum *one*. Vid. Schol. et Eustath. ad Homer. Il. II. — Pro κάρα Eustath. et membr. et alii Codd. habent κράτα. Metro tamen minus congruum.

v. 246. καλύμ. (καλύπτω), tegmine, cucullo sagulorum. Obvoluto capite, ut Hercules in Virgil. Aen. VII, 668. indutus capiti tegumen immane leonis. Galea enim ipsos prodidisset. At dignitas tragica vetat cogitare de tegmine capillorum, quali matronae ornabantur (Aristoph. Lys. 530. Homer. Il. XXIV. κάλυμμ' ἕλε), aut de vitta sacerdotali. Virgil. Aen. III, 545. „Et capita ante aras Phrygio velamur amictu."

v. 247. ποδοῖν κλοπ. per periphrasin pro φυγὴν αἴρ. i. e. φεύγειν λάθρα, fuga pedum salutem petere, fugam pedibus capere. Ita verb. ἀρέσθαι saepius accusativum regit. Eurip. Rhes. 54 et 126. Eurip. Phoeniss. 447. δόρυ. 1595. μαστόν. Proprie

usurpatur de re navali et significat *ancoras tollere*; etiam *signa movere* in re militari.

v. 248. θοὸν ζυγ. Scholiast. et Eustath. θοὸς ζυγὸς, ὁ μὴ αὐτὸς ὢν ταχὺς, ἀλλ' αἴτιος τοῦ ἐπιταχύνεσθαι νῆα κωπηλάταις. Imo hypallage nominis adjectivi pro adverbio θοῶς. Bothe cum Musgr. male refert θοὸν ad τιν' in vers. 245. Similiter pro ὀξέως adhibitum ὀξὺς in vers. 258. et vers. 275. πᾶς pro πάντως. — εἰρεσίας (ἐρέσσω), ἐρεσσόντων, ut *remigii* pro *remigum*. — ἑζόμενον, καθεζόμενον, ἐπὶ κλῄσι καθίζοντα, transtris remigii considentem. — ποντοπόρῳ, (πόρος, πείρω) per mare currente. Epitheton navis Homericum. — μεθεῖναι (μεθίημι) scil. χαλινὸν, χαλινὸν διδόναι, ἐνδιδόναι, χαλᾶν, κινεῖν, habenas navi immittere, solvere vela, pandere et facere vela, remigio veloque festinare. Vid. Virgil. Aen. VI, 1. Valer. Flacc. IV, 679. permissis habenis fundere vela. Fuga maritima hic opponitur fugae pedestri.

v. 251. ἐρέσσ. minas jactant. Metaphora, quam legimus etiam in Antig. 158. Philoct. 1135. εὐτόνως κινοῦσιν, ἐλαύνουσι.

v. 252. δικρατ. non, *quorum potestas divisa*, significat, sed pro δύο, δισσοὶ, οἱ δύο ἄρχοντες positum est. Chorus etiam nunc Atridas incusat.

v. 254. Ald. aliique ἄρην exhibent. λιθολ. λιθοβόλον, λιθόβλητον ἄρη id. q. λιθοκτονίαν, λιθοβολίαν, lapidationem. λιθολ. derivat. a λᾶς, λεῦς, lapis, et ἄρ. synonymon est τοῦ φόνος. Sic in Antig. 36. φόνον — δημόλευστον invenies. In Aeschyl. λευστὴρ μόρος. Quare non intelligo, cur Bothe, ἄρη vel ἄρην non convenire, opinetur, et corrigat ᾅδην, quamvis interitus in mari ᾅδης πόντιος dicatur ab Aeschyl. in Agamemn. v. 632. Ordo verbor. φοβοῦμαι συναλγεῖν (διὰ) λιθ. ἄρ. ne una doleam

lapidationem (pro: ob lapidationem), metuo. Sic Latini: *dolere aliquid* pro *ob aliquid.* Ne jungas πεφ. λ. ἄρ. (ὥστε) συναλγ.! licet verbum regat accusativum. Rectius jungas: πεφόβ. συναλγ. μ. τοῦδ. τυπεὶς λιθόλ. ἄρη. metuo, ne una doleam, cum Ajace caede lapidum obrutus, petitus. Nam Graece dicitur τύπτομαι πολλὰς πληγάς apud Aristoph. in Nub. Igitur comma illud, quod Bothe post συναλγ. posuit, delendum est. Ceterum συναλγ. i. q. ὁμῶς κλαύσειν.

v. 256. ἄπλατος (πελάω) inaccessus, ἄπλετος, immensus, horribilis furor. Schol. Cod. 2794. ἄπληστος i. e. μοῖρα κακὴ, ἀπλήρωτος. Sed suprascript. ἄπλητον. Cf. Trachin. 1095. — αἶσα, Parca, ἄτη, sors, fatum ineluctabile, ἔχει, urget.

v. 257. οὐκ ἔτι, subaud. ἔχει αὐτὸν. Tecmessa illud αἶσα inprimis ad μανίαν trahit, qua heros aegrotabat.

v. 258. Series verborum: λήγει τῆς μανίας, ὡς νότος ὀξὺς λήγει, vel melius ὡς νότος λήγει, ὅστις ὀξέως ᾖξεν ἄτερ λαμπρ. στερ. ut Notus, qui absque jubare solis, i. e. coelo nubibus obducto, acriter et cum impetu ferebatur, tandem aliquando cessat, ita et Ajax. Ut Notus, coelo nubilo prorumpens, coelo obscuro coortus i. e. nigerrimus et impetuosus tandem furere desinit, sic et Ajax. Virgil. enim in Georg. 1, 442. ita canit: Sol ubi conditus in nubem — suspecti tibi sint imbres; namque urguet ab alto arboribusque satisque Notus pecorique sinister. λαμπρ. στεροπ, solem significat, ut in Trach. 99.: ὦ λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων, et *jubar* apud Romanos. Virgil. Aen. IV, 130. jubare exorto. Lucret. V, 696. Ovid. Metam. IX, 308. Tum notissima sunt epitheta Noti, qualia nubilus, κελαινεφὴς, nigerrimus, pluvialis, plumbeus, νεφώδης. Vid. Ovid.

Pont. II, 1, 26: Propert. II, 16 (15), 56. Locum quoque accipias: ut Notus desinit furere, nec amplius fulminat; sic etiam Ajax ἄταν οὐρανίαν φλέγειν desinit. Cf. supra v. 196. Attamen Heathio placuit popularis sui conjectura ἅτ' ἐκ στεροπᾶς, post fulmina, et Bothe emendavit λαμπραῖς γὰρ ἅπερ στεροπαῖς (sc. σὺν), comma post νότος posuit, et ὣς (οὕτως) ad sequentia traxit. Uterque cogitavit de Virgil. loco in Georg. 1, 332 et seqq. ubi vid. Voss. Nimirum ille Romanus et Aratus docent, procellae imminentis indicium esse fulgura et coruscationes. Cf. de Noto Trachin. vers. 113 seqq. Lobeck. incertus est, vulgatam relinquat, an hoc modo restituat: λαμπρᾶς ἄϑ' ὑπὸ στεροπῆς i. e. μετά. Bothe. ἄιξας pro ᾄξας. Male.

v. 259. Ante et post φρόνιμος comma apud Both. absque causa. Schol. Cod. Imper. (nunc Regius) Paris. 2820. φρόνιμον correx. in φρόνιμος. In margine καὶ φρόνιμος. Ni syllabae finales ὸν — ον offenderent, praetulerim φρόνιμον; quod solennius in poëta; νέον ἄλγος tunc foret nominativus. Etiam v. 256. huic opinioni favet. Ad versum illustrandum Br. egregium citat locum ex Euripid. Antiop. apud Stobaeum florileg. Grotii p. 417. φρονῶ δ' ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν, et cet. — νέον, ἐκ νέου, ἐκ νέης, denuo.

v. 260. ἐςλ. contemplari propria mala, quorum socium, συμπράκτορα, non habeas. παραπρ. συμπράσσοντος. Sed forte sensus hic est; nemine, praeter te, tam perperam agente; quum nemini nisi tibi culpa facinoris, τῆς δυςπραγίας, tribui possit; quum nemo alius tam temere egerit.

v. 261. ὑποτ. ἐγείρει, graves subdit dolores.

v. 263. πέπαυτ. subaud. τῆς μανίας, ut vers. 279. Si furere desiit, me valde felicem esse putem.

φρουδ. Haud necessario subaudias ὄντος. Minor enim mali, *quod vanuit*, cura est.

v. 265. Cod. 2820. πότεραν (forte πότερον) γράφε πότερα. — αἵρεσιν, si quis tibi det electionem. — ἥδον. ἔχ. i. q. ἥδεσθαι, εὐφραίνεσθαι. — ἀνιῶν, λυπῶν. — κοιν. κ. τ. λ. pro κοινωνὸς εἶναι τῆς λύπης τοῖς συνοῦσι, κοινοῦσθαι τῷ φίλῳ τῆς λύπης. Nam amicorum omnia communia. Cicero Off. 1, 16. Eurip. Phoen. 252. κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη, τῶν πόνων μετουσία ἐστὶ φίλοις. — ξυνὼν, ὡς συνόμιλος, ᾧ μετέστι τῶν πόνων, μετουσίᾳ, contubernalis. Sens.: num, electione tibi data, amicos contristare et ipsum in laetitia degere, quam doloribus communibus communiter dolere malis?

v. 268. Sens.: „Duplicata solicitudo haud dubie majus est malum, quod homo sanus et amico et sibi metuit.“ Interroganti Tecmessae sententiose respondet chorus, prudentia ductus. Nam interrogatio respicit ad εὐτυχεῖν in vers. 263. „Ne te felicem praedices! Ajax enim ante mente captus, in qua jaceret fortuna, saltem ignoravit, et adversis laetatus est; nos autem φρόνιμοι et ipsius et nostram vicem dolemus, atque eo magis, quod noster heros, ad sanam mentem quum rediit, et ipse moerore gravi totus agitatur. Quare nos una nihilo minus quam antea angimur, et ex simplo malo duplex factum est.“ Igitur ut ad haec monstranda viam sibi patefaceret, illa interrogavit Tecmessa, ad quae distinctius respondere noluit Chorus. Nam neque, quorum optio dabatur, primum eligere, neque postremum ob pietatem omnino renuere potuit. Itaque Milites chorici, qui, quo Tecmessae oratio tenderet, ab initio non intellexerant, tum demum, quum hanc ejus expositionem audivissent, σύμφημι vers. 278. dixere. Itaque

v. 269. Bothii conjectura: ἀμφὶς γὰρ οὖν pro vulg. ἡμεῖς ἄρ' οὐ, concidit. Quid valeat οὐ νοσοῦντες, non recte assecutus est, sed accepit pro *non dolentes*. Est autem i. q. φρονοῦντες, et versui 259. respondet. — ἀτώμ. nos βλέποντες, qui sana mente sumus, nos Ajacis ἄτη graviter nunc premit, nos damnum patimur.

v. 272. Series verborum: ἥδετο κακοῖς, οἷσιν ἐνείχετο, quibus tenebatur. Sic dicunt ἐνέχεσθαι παθήμασι.

v. 273. φρον. pro quo Bothe βλέποντας reposuit ex Scholiis. Faehse lectionem laude majorem vocat, quod nemo facile hac vulgatam exponat, potius hac illam. Praeferenda videatur, quatenus Ajax ante oculis suis male erat usus. Attamen interpretatio τοῦ φρονοῦντας certe ridicula est, quae tragicum dedecet poëtam. — ξυνών, ἑταῖρος.

v. 275. ἐλήλ. aegritudine gravi totus agitatur. Similiter loquuntur εἰς τοῦτ' ἤλασε μανίας. Homer. Odyss. V, 290. ἄδην ἐλάαν κακότητος.

v. 279. Schaef. ita legit: ἥκῃ, (πῶς γάρ;) et cet. interpunctione mutata. *Metuo, ne venerit*, interpretatur, et addit: recte haberet ἔφη δεδοικέναι, μὴ — ἥκοι." At lectio vulgata melior hoc sensu: verear, ne divinitus plaga adhuc gravior tempore infligatur, instet. — Nam venturum praesagire Chori est. — πῶς γὰρ pro πῶς γὰρ οὐ, quidni enim? ut paulo ante ἄρ' pro ἄρ' οὐ, ut egregie idem Vir clarissimus monuit.

v. 281. Sens.: haec ita se habere, te scire et animadvertere oportet i. e. scito et animum advertito, ut quae in futurum agenda sint, et quomodo te et Ajacem geras, bene teneas. — Graecismum in serie et nexu verborum haud neglige. — ἐπίσταμαι jonice pro ἐφίσταμαι.

v. 309. Bothe pro ἕζετο legit ἥζετ', ab ἄζομαι, moerore contabuit, et post φόνου supplet ἕνεκα, ob caedem agnorum. Sed illud vulg. haud male convenit τῷ ἐρειφθεὶς; certe aeque bene, ut vers. 325. θακεῖ τῷ πεσών. Quidni sedere possit, qui cecidit? Ἐρειφθεὶς vertendum est: prostratus, ni legere velis ἐρεισθεὶς, suffultus. — ἐρειπίοις, ruinis, strage. Noster amat aequalitatem soni in verbis, qualis auditur in ἐρειφθ. et ἐρειπίοις. Si velis jungere ἐν ἐρειπ. νεκρ. ἀρν. φόν, i. e. ἀρνῶν sive κριῶν φονευθέντων, prostratus inter cadavera sive inter ruinas agnorum caesorum; ordo verborum haud dubie molestus erit; at si comma reponas post ἕζετ', et post φόνου deleas, atque subaudias ἕνεκα, optimus sensus invenietur. Procubuit super agnorum et boum caesorum strages et acervum, ibique ob hanc caedem crines unguibus discidit.

v. 310. ἀπρὶξ (πρίω.), adverbium, quale πρίξ, τύψ, ὀκλάξ, ὀδάξ. Significat *tenacius retinendo*. Ita ἀπρὶξ ἔχεσθαί τινος in Sophocl. Creusa, v. 4. Quamvis dicas, hic figuram Colophoniam reperiri, ex qua χερὶ pro χερὸς positum sit; versus tamen in eo difficillimus est, quod tunc poëta nil amplius dixerit, quam Ajacem manu corripuisse capillos. Lacerandi erant. Tum quis *unguibus* manus teneat crines? Denique duplicati dativi ὄνυξι et χερὶ aegre ferendi. Legas ἀμὺξ, et jungas cum ὄνυξι, ut συλλαβὼν cum χερί. Sensus erit: propter agninam caedem comam corripiens manu, dum laniaret unguibus. Saepius adverbia regunt casum, ut ὁμοίως, ὡσαύτως, ἀξίως. Latinorum congruenter, convenienter, et alia. Sin hoc displiceat, reponere ausim:

κόμην δ' ἀμύσσεν ὄνυξι συλλαβὼν

χερί. ut tertia sede existat anapaestus. Ita Homer. Il. XIX. 284 sqq. χερσὶ δ' ἄμυσσεν — καλὰ πρόςω-

πα. Virg. Aen. IV, 673. unguibus foedans ora. Ceterum ἀπρὶξ λαμβάνειν aeque bene dicitur, ac ὀδὰξ ἑλεῖν οὖδας apud Homer. Cod. Mosq. legit ὄνυξι— χεροῖν. In qua satis commoda lectione notio *lacerandi* desideratur. — v. 312. Bothe pro τὰ legit τὸ δεῖν' ob seq. καί.

v. 313. φανοίην pro φάνοιμι, forma Attica in inflexis solenni. Vulgo mendose φανείην. Hunc totum versum delevit Bothe, nimia sagacitate abductus. — συντυχὸν πάϑ. cf. supra, quae adnotab. vers. 295.

v. 314. ἐν τῷ (τέῳ, τίνι) πράγμ. κ. π. i. e. ποῦ πράγμ. κ. (τυγχάνει) ποτ. Ubi tandem sit negotiorum? Quaenam negotia fecerit? Quem tumultum facessiverit? ex quo emergere forte difficile sit. Sive: Ubi sit loci ipsius fortunae? in quem casum inciderit? Hinc πεπραγμένοι dicuntur, de quibus actum est. Similiter in Trachin. 375. ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος; Constat, a pronomine interrogativo, quod substantivi loco positum sit more adverbii, genitivum regi, ut in Latinis. Exempl. grat. in Terent. Hec. IV, 4. Quid mulieris habes? Plaut. Rud. 1, 2, 60.: quid illuc est hominum secundum litus? Terent. Andr. IV, 4, 6.: quid turbae est? Plaut. Bacch. IV, 7, 33. quo gentium confugiam?

v. 315. δείσασα, perterrita.

v. 320. ἐξηγεῖτο γὰρ ἀεὶ ποτ. ἔχ. τ. γ. πρὸς ἀνδρ. κ. τ. κ. βαρυψ. Semper enim dicere solebat, se habere tales gemitus pro indiciis animi ignavi et abjecti. Sin ἔχειν sumas pro εἶναι: dicere enim solebat, tales gemitus semper et aliquando esse animi ignavi et cet. Praepositio πρὸς, quae proprie abundat, genitivum regens significat *convenienter*, congruenter. Sic πρὸς ϑυμοῦ, ex animo. — βαρύψ. cujus animus gravatus, dejectus, contusus est.

v. 321. ἀψόφ. i. e. ἄνευ ψόφου τῶν κωκυμ. ὀξ. nullum edens strepitum lugubris ejulatus. Totum adjectivum loco praepositionis ἄνευ. Sic infra 910. ἄφρακτος φίλων. Oed. T. 191.: ἄχαλκος ἀσπίδων.

v. 322. βρυχώμ, rugiens, pro quo in solo D. suprascript. μυκώμενος, quod Triclinio placuit. Comparatio Veteribus propter Homeri lectionem haud ingrata.

v. 323. νῦν. *At nunc*, scil. postquam lugubrem ejulatum finivit.

v. 324. Schaef. ἀ'νὴρ. In libris perperam ἀνὴρ.

v. 325. θακεῖ, pro quo Bothe: τήκει. — σιδηρ. (κάμνω), ferro confectis gregibus adsidet. — πεσών, prolapsus, vel per metaphoram κείμενος, tamquam is, qui cecidit. Sic in Eurip. Phoeniss. 596. τῶν ἐν μέσῳ πεσεῖν, praesentibus bonis excidere. Bothe in fine versus comma bene reposuit.

v. 326. δρασείων. (a δράω, δρασείω), qui aliquid moliri concupiscit. Nota Graecismum in vocum serie. Manifestus est tamquam is, qui et cet. pro: manifesto mali quid moliri concupiscit.

v. 328. ἐστάλ. huc me contuli, adveni.

v. 330. Sensus: nam viri, qualis Ajax, amicorum alloquiis se vinci patiuntur. νικῶνται λόγοις e Stobaeo repetita sunt. Inepta exemplarium lectio νικῶνται φίλοι, quam Bothe, qui post νικῶντ. commate interpungit, ita reddit: Solent enim tales viri a cupiditatibus suis vinci, amici! φίλα itaque pro cupiditatibus, perturbationibus animi, quibus opponitur γνώμη, νοῦς." At Tecmessa, quae jam vers. 326. eadem fere, sed verbis moderatioribus significaverat, causam erat additura, cur Chorum amicissimum in auxilium advocaret. Ita Stobaei lectio conjugis pietatem egregie spirat. Cf. vers. 484.

v. 332. διαπεφοιβ. (a φοιβάζω, Φοῖβος) i. q. μαίνεσθαι, furere; φοιβώμενοι enim et ἐνθουσιῶντες μανίᾳ τινὶ ὅμοιον πάσχουσί τι. Valcken. e Scholiaste collegit, lectitatum olim fuisse διαπεφοιτάσθαι, quod minus elegans foret.

v. 333. Vers. Antispastic. ⏑ — — — —. Ejulatu Tecmessae Chorique audito, Ajax, mentis jam compos factus, intus lamentatur, et querelis istis concinit.

v. 334. μᾶλλον. Suppl. διαφοιβάσεται. Mox, ut videtur, furoris affectus magis iterum invalescet. — Schaef. ἢ οὐκ. Recte. Membra enim duo jungit, nec absolute ponitur. Sic et infra v. 342., uti Codex Imper. Paris. 2886. ibi jubet.

v. 335. θωΰσσ. Series verborum Graecis familiaris pro ἢ οὐκ ἠκούσ., οἵαν τ. β. θωΰσσ. Αἴας, qualem clamorem clamitet?

v. 336. Iterum antispastus.

v. 337. τοῖς πάλαι sc. οὖσι pro παλαιοῖς. ob praeterita mala. Ejusmodi adverbia loco adjectivi usurpata sunt ὁ μεταξὺ τόπος, αἱ πέλας κῶμαι, ὁ νῦν βασιλεὺς, *the now king* Ne opineris, ξυνοῦσι pro οὖσι esse adjecta et jungenda cum πάλαι. Significat: quae semper adhuc cum eo habitant, eum premunt. Ita loquuntur: νόσος συνοικεῖ τινὶ, σύνεστι, συνοικεῖν ἐλπίσι, κόπῳ. Ad hoc intentius exprimendum, adjicitur παρὼν, συνοικῶν. Aut sumendum est ita: qui in eo est, ut adveniat, e tentorio egrediatur. Hunc sensum habet in Eurip. Phoeniss. 712. Forsitan quoque accipiendum est pro ἐν τῷ παρόντι. Quare haud necesse est, cum Bothio legere πέρα sive παρὰ, ut sit παραλυπεῖν. Sententia: „ob mala praeterita, quae gravatum gravant, aegri-

tudine afficitur." Antea non sic erat. Vid. supr. v. 272.

v. 339. Antispastus. Eurysacem filium, prout v. 575. docet, Ajax vocat, quae pietas valde placet.

v. 340. 'Εὔρυσ. Filium alloquitur Tecmessa, simul in scenam egressum, qui a clypeo ingenti cognomen acceperat.

v. 341. τί ποτ. μεν. Haec secum loquitur; tum Ajacem appellat. — μενοιν. quid mente agitat?

v. 342. Filii iterum oblitus ob animi perturbationem vocat Teucrum fratrem.

v. 343. λεηλατ. praedas aget? dum ego pereo. E versu 720. liquet, ubi fuerit. Nam sic legimus: Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ κρημνῶν, quo prudens poëta eum ablegaverat.

v. 344. ἀνοίγετε sc. τὰς πύλας τῆς κλισίης. Sic in Euripid. Phoeniss. v. 1084.

v. 345. Forsitan me aspiciens mei pudorem quendam assumet. Hoc significat λαμβάνειν et αἴρειν. Contrarium foret αἰδὼς αὐτὸν βλεψάντα λάβοι, aliqua mei reverentia ipsum, si me conspiciat, forte occupabit.

v. 346. διοίγω. Portae aperiuntur, ut Chorus Ajacem intus inter greges occisos gementem conspicere possit. Schol. 'Ενταῦθα ἐκκύκλημά τι γίνεται, ἵνα φανῇ ἐν μέσοις ὁ Αἴας ποιμνίοις. Quod ἐκκυκλεῖν, sicut contrarium εἰςκυκλεῖν appellabant. Vid. Aristophan. Acharn. v. 407.

v. 347. ὡς ἔχων κυρεῖ, ὡς ἔχει, ut ipse se habeat, qua fortuna utatur.

Metrum in carminibus antistrophicis ab Ajace decantatis, quae Coryphaeus et Tecmessa interloquentes per senarios interrumpunt, inde a vers. 347. usque ad vers. 427. hocce deprehenditur:

in *Strophe* α'.

v. 348. Dochmaicus: dimeter. v–́ –́v– | v v́ v' – v –. Nam dimidium vers. seq. usque ad μόνοι τ' adjici debet.

v. 349. Dochmaic. dimet. inde a μόνοι τ' usque ad finem 350. Ita egregie restituit Hermann. de metris poëtar. pag. 440. Ob metrum illud τ' post μόνοι retinendum est, quod Schaef. damnat. Observes, ἰὼ in principio carminis, ut saepe, numeris haud annumerari. — V. 351. Jamb. dimeter hypercat. et 352. Trochaic. dimet. catalect. Ex utrisque Bothe fecit jamb. tetrametr. apud Tragicos omnino inusitatum, et longitudine displicentem. — V. 353. Choriamb. dimet. ἰαμβίζων. –́ v v – | v –́ –́. Usitatissima logaoedica catalexis.

In *Antistrophe* α'.

haec notanda sunt. Vers. primus usque ad ἀλίαν, secundus – v́ v v́ v v – | v –́ –́ v – usque ad finem v. 358. decurrit. Modo ἅλιον scribas pro ἀλίαν cum Hermanno, Viro Illustri. Sic apud Euripid. Heracl. 83. — Vers. 359 et 360. iterum jamb., tetram. apud Both. efficiunt.

In *Strophe* β'.

V. 364. Dochmaici. — V. 365. Dochmaic. — V. 366. Dochmaici, quorum primus hanc formam habet: v v́ v –́ v –. Vers. 367. Jamb. trimet. — Vers. 370. antispast. – –́ –́ –.

In *Antistrophe* β'.

omnia accuratissime respondent, ut vers. 381. docet. — Vers. 385. Antispastus.

In *Strophe γ'.*

Vers. 372. Anapaest. dimeter brachycatalect. Quare legendum cum Hermanno χερὶ μὲν. υυ — pro χερσὶ μὲν, — υυ. Vers. 373. Jamb. dimet. — Vers. 374. Choriambus dimet. catal. ἰαμβίζων, sive logaoedicus. —́υυ—|υ—́υ—. Rarius hoc genus apud tragicos. Vers. 375. Glycon. polyschemat., imo dimetri Choriamb. altera forma. υ—́υ—́|—́υυ—. Vers. 376. Anacreont. υ—́υ—|υ—́—.

In *Antistrophe γ'.*

omnia respondent, praeter vitium scribendi in fine vers. 389. ubi διoσσ— pro διoσ scribendum.

In *Strophè δ'.*

V. 394. (ἰὼ excepto) Dochmius unus, apud Bothe duo. Vers. 395. Dochmaici duo υύυ—́υ—| υύυ—́υ—. apud Bothe unus. vers. 396. Jambic. dimeter, cujus sede secunda anapaestus, ut fieri solet apud Comicos, imo Glyc. pol. — Vers. 397. Jamb. dimet. acatalect. — Vers. 398. Jonic. a min. dimet. catal. υυ—́—́υυ—́. Bothe vers. 397. finit voce γένος, ut sit asynart. ex penthemimeri Jamb. et antispast. υ—́υ—υύ—́υυ. ? Θεῶν legendum est Θῶν. Idem versum 398. finit voce ἄξιος, ut similis fiat versui 396. — Vers. 399. Jamb. dimet. acatal. Vers. 400. Jamb. dimeter brachycatal. Bothe ex utrisque fecit Jambic. trimetr. brachycatal. — vers. 401. Assynart. ex duob. penthemimerib. trochaicis. —́υ—υ—‖—́υ—υ—. Vers. 402. Anacre-

ontic. forma Jonic. a majore catalect. imo Glycon. pol. v—vv——. Vers.403. —v—v—. Vers.404. —v—v—. Ex utrisque Bothe unum fecit similem vers. 401. — Vers. 405. Troch. dimet. catalect. Vers. 406. — v — v —. Vers. 407. ——v—|——v—. Bothe, qui legit τοῖσιν πέλας, μωραῖς γ' ἄγραις, προςκείμεθα, omisit ὁμοῦ et ex duobus versibus composuit unum, nimirum qui esset Jamb. trimet. acatal. Sed quo fugit numerorum jucunditas! — Vers. 408. Jamb. dimet. hypercatal. — Vers. 409. Adonius —vv|——.

In *Antistrophe* δ'.

quae respondet, haec observanda. Vers. 412. Bothe finit post ἄντρα καὶ. Vers. 413. Dochm. monomet. apud eundem. Ita in Cod. Paris. 2711. vers. 415 Bothe χρόνον huic versui adnumerat. vers. 416. finitur post ἀμπνοάς. vers. 417. apud eundem incipit ab ἔχοντα — ἴστω. vers. 420. Bothe, δαΐφρονες. Igitur legas εὔφρονες pro εὔφρονες. vers. 421 et 422. unum versum efficiunt apud Both. — Vers. 423. ἐξερῶ legit Bothe. Ἐξερέω tamen per contractionem pronuntiari potest. — Vers. 424 et 425., τινὰ omisso, iterum unum versum constituunt apud eundem. — Memoratu etiam dignum est, quod Strophe β' et γ' una cum Antistrophe β' et γ' se invicem excipiant, at totidem jambi canticis antistrophicis subjuncti, ut et singuli antispasti, aeque sibi respondeant. En artem et thymelicis, qui in hyposcenio instrumenta musica pulsabant, et scenicis in thymela, qui locus anterior in orchestra inter ὑποσκήνιον dextra laevaque jacebat, Chori partes explentibus dignissimam, et venustate nostrum drama heroicum

melicum aequantem, quin exsuperantem! Inde a vers. 428—596. nil nisi senarios legimus.

v. 348. Ajaci in postscenio, unde paullatim est progressurus, canenti haec carmina antistrophica et vere melica poëta bene tribuit, ut viro primas in fabula partes agenti plurimum lucis affunderetur.

SCENA SECUNDA.

vers. 348—596.

v. 349. μόνοι, soli qui superestis ex amicorum numero. — ἐμμέν. ὀρθ. νόμ. qui in recto more mansistis, in officio, in fide, et pietate erga me perstitistis, et rectam mentem servastis. Graeci dicunt ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις, ut in Eurip. Phoeniss. 1257. ταῖς συνθήκαις. — ὀρθ. probus et rectus, cui opponitur pravus et dejectus animus.

v. 351. οἷον κῦμα ζαλόεν ἁλὸς φοινίας i. e. φοινικίας, πορφυρεᾶς μὲ κυκλούμενον ἀμφιτρέχει. Adspicite, qualis unda purpurei maris, vorticibus exaestuans, me circumstetit! Metaphora solennis a mari tumultuoso petita. Vid. Trach. 114. ὑπὸ cum genitivo causam significat. Sed praepositio hoc loco superflua. — κῦμα ζάλης, κύματος ζάλη i. q. πόντου σάλος. Philoct. v. 271. — φοιν. epitheton ornans maris asperi, quod, ni vers. 373 et sqq. obstarent, ad caedem perpetratam simul respiceret. At de colore maris agitati solenne. Homer. Il. XIV, 16. ὅτε πορφύρῃ πέλαγος κύματι κωφῷ. Sic κῦμα πορφύρεον, ἅλς πορφυρέη, θάνατος πορφ. Fluctus purpureus. Propert. II, 21, 5. Sal purpureum. Valer. Flacc. III, 422. Etiam de mente agitata, qualis Aja-

cis erat, πορφύρειν solenne. Vid. Homer. Il. XXI, 551. — ἀμφίδρ. inhorrescens. — κυκλ. cingit.

v. 354. Chorus, dum postscenium versus ad Ajacem sensim progreditur, ad Tecmessam ita loquitur: quam nimis vere haec mihi testata esse videris!

v. 355. Bothe post τοὔργον interpungendo genium Graecum laesit ita vertens: „res ipsa enim indicat, siquidem non considerate se habet." Subaudire videtur Ajacem. At per attractionem quandam ex duabus propositionibus una est facta, et δηλοῖ pro δηλοῦται positum; ut saepe transitiva pro passivis apud Tragicos occurrunt. Proprius itaque sermo fuisset: τοὔργον ὡς ἀφροντ. i. e. ἀφρόνως ἔχον, vel ἀφρ. ὡς ἔχει δηλοῦται, ἀφρόνησιν δηλοῖ. Facinus tamquam inconsideratum ipsum se prodit; quam inconsideratum sit facinus et inconsultum, per se manifestat; tamquam temerarium per se manifestatur. Sic in Antig. δηλοῖς ὡς σημαίνων τι νέον. vers. 471. et v. 242. δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς pro δῆλον ὅτι ἐστι. Ajax, 878. ὡ'νὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς. Si malis, δηλοῖ impersonaliter sumas, et comma post δὲ reponas. Benedictus ob vers. 347 ad ἀφροντίστως ἔχει supplet ὁ Αἴας. Speciosius, quam verius.

v. 356. In vers. 200. eadem invenitur allocutio: Ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος, συνναῦται, συνναυβάται.

v. 358. ὅς pro ὅ. Ad sensum construitur, quum referendum sit ad periphrasin γένος ν. τ. et Ajax ad Coryphaeum, qui Chori vices sustinet, loquatur. — ἐπέβας, qui mecum huc appulisti.

v. 360. ἐπαρκέσ. sc. μοὶ ἀντὶ sive κατέναντι τ. ποιμέν. i. e. κηδεμόνων, ad me a regibus, Agamemnone et Menelao et Ulysse, defendendum paratum te

solum conspicio. Bothe locum male ita accepit: regibus vestris i. e. regi vestro, mihi, opitulari paratos vos video. Poëtae genitivum pro dativo ponere hic non licuit. Nec, quod contextus docet, Lobeckii auctoritati obediendum est, quamvis recte et docte moneat, ab Atticis et aliis omnibus participia substantivorum instar persaepe usurpari, ut ὁ ἐκείνου τεκών Eurip. El. 335. et alibi. Agamemnon enim et Menelaus in nostra tragoedia more Homerico ποιμένες appellantur. Sunt βασιλεῖς, non ἄνακτες. Quare etiam Benedictus hanc vocem ad Teucrum et Ajacem falso refert. Hi enim in Salaminia patria, minime in bello sub Trojae muris βασιλεῖς fuere.

v. 361. ἀλλ. pro ἀλλὰ καὶ, *imo vero una me occidite.* Sic in Phoeniss. 398. ἀλλ' ἐξερώτα.

v. 362. εὔφ. φών. laetiora ominare, melioribus utere verbis, fave lingua.

v. 363. Series verb.: μὴ κακ. κακ. διδ. ἄκ. πλ. τ. π. τ. ἄτ. τίθει i. e. μὴ ποίει τὸ πάθος τῆς βλάβης πλέον, διδοὺς κ. τ. λ. Ne remedium malum ad malum adhibendo mensuram calamitatis auctiorem reddas! Ne malam malorum medicinam adhibendo sive ne malum malo resarciens calamitatis damnum cumula. — ἄκος διδόναι, medicinam parare, ἀκεῖσθαι, ut τιμὰς, εὐκλεᾶ λόγον, χάριν διδόναι in tragicis.

v. 365. χέρας sc. κατὰ. Bothe errat, qui locum vertit: nunc inter timidissimas feras manu strenuum. — Boves non sunt timidi, nec facile admittit ἄφοβ. hunc sensum fere ridiculum. Nam tantum non de leporibus damisque imbellibus cogitamus. Vertend. est *feras metus expertes,* οὐδένα φοβουμένοις, ut sensus omnium horum versuum sit: Videtisne me, illum in bello et venatu (ad quae sibi tam cognata vitae studia heroës quam maxime

animum applicabant.) fortissimum heroa? Per ellipsin subaud. νῦν δύστηνον ἔμπας, κούφην σκιὰν sive οὐδὲν ὄντα, sive πῶς ἔχει. Cf. 118 — 121. et 411.

v. 367. Heu mihi ob risum, utpote qui (οἷον, οἷα δὴ) tam indignis modis tractatus sum. Vel αἶον tamq. accus. absolutus propter v. 382 et 383. referendum est ad γέλωτος, quali insultor. Antig. 838. οἴ μοι γελῶμαι.

v. 368. Codex 2794. γράφεται τόδε pro τάδε.

v. 369. ἐκτὸς, ἔκτοσε sc. ἐξέρχῃ; non tu hinc abis? — ἐκνεμεῖ (2. pers. futur. med.), ἐκφέρειν βούλῃ i. e. ἐκφέρῃ ποδί; non foras effers pedem? — Sens.: ἄπαγε αὐδῶν, ἀποχώρει. Opponit δεῦρο.

v. 371. φρόν. εὖ ad sanam mentem redi.

v. 372. χερσὶ pro ἐν χερσὶ ὄντας. Triclin. male χεροῖν. — μεθῆκ. dimisi. Eurip. Phoen. 273. — ἀλάστ. i. e. κακοδαίμονας ἄλληστα δεδρακότας — ἐν — πεσὼν per tmesin pro ἐμπεσών. — ἑλίκ. in camuros boves. Simile epitheton boum est εἰλίποδας, εἰλιπόδης (εἰλέω et ποῦς), περιστροφάδην ὁδοιπορέων. — κλυτ. αἰπ. in greges balantum, qui balatum exercent. μῆλα, αἰπολία, ut κλυτὸς ὄρνις i. e. ἀλεκτρυών, sec. Scholiast. κλυτὰ appellantur διὰ τὰς ἐν αὐτοῖς ταραχὰς καὶ φωνάς. Homer. Odyss. Ι, 308. καὶ ἤμελγε κλυτὰ μῆλα. — ἐρεμν. i. q. ἐρεβεινὸς (ab ἐρέπτω, ἐρέφω), obscurus, niger, horribilis; h. l. atrum sanguinem. — ἔδευσα, ἔχεα sens. transitiv. effudi. A δεύω, quod signif. rigo, irrigo. Eurip. Phoen. αἵματος δ' ἔδευσε γαῖαν. 674.

v. 377. ἀλγοίης. 2. pers. optativ. Attic. pro ἀλγοῖς. Quid vero te excrucias ob res semel factas?

v. 378. pro οὐ γὰρ ἕξειη ἂν ὅπως. *fieri enim non possit*, ut haec non ita se habeant. i. e. facta infecta fieri nequeunt.

v. 379. πάνθ' ὁρῶν, cum vituperatione dictum. Alibi est epitheton solis. Trach. 102. Nam Euripides in Phoen. 763. inquit: εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. Vertatur: omnia arcana perscrutans, vel omnia curans, curiosus, ut in Oedip. Tyr. 530. ἃ γὰρ δρῶσ' οἱ κρατοῦντες, οὐχ ὁρῶ. — κακ. ὄργ. scelerum inventor. Sic appellatur in Virgil. Aen. II, 164.

v. 381. ἄλημ. abstract. pro concreto, ἀλήτης sive πανοῦργος, πολυπαίπαλος, Homer. Odyss. XV, 418. ut *scelus artificis* pro artifex in Virg. Aen. XI, 407. ἄλημ. (ab ἀλέω) Schol. interpret. κακοηθέστατον κολάκευμα ἢ περίτριμμα παρὰ τὸ λέπειν. In Antigon. 320. Schol. legit ἄλημα pro λάλημα, et reddit περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς οἷον πανοῦργος. Est idem quod παιπάλημα λόγων (a παιπάλη, pollen), ingenium more pollinis subtile atque vafrum, so fein wie Haarpuder. Ulysses etiam bilinguis appellatur. Non intelligo, cur Bothe una voce legat τόλμημα pro τὸ ἄλημα. — κάκοπιν. (πῖνος) sordidus impostor, λόγους ψιθύρους πλάσσων. Cf. supr. 148.

v. 382. γελ. ἄγ., γελᾷς, ut dicunt ἡσυχίαν, σχολὴν, ἄδειαν ἄγειν. — ὑφ' ἡδον. prae gaudio.

v. 383. ξὺν τ. θεῷ, dei sui munere, deo suo ducente, ut deus suus dat. — Qui hodie ridet, cras flebit. Hodie mihi, cras tibi! Igitur Ulysses γέλωτα Σαρδόνιον ridebit.

v. 386. μέγ' εἴπ. ne qua superba loquaris! Similis locutio est μέγα φρονεῖν. — ἵνα κακοῦ, quo sis in malo. ἵνα cum genitivo, ut *ubi* et *quo* Romanorum. Sic in Trach. v. 1145. ξυμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν.

v. 387. Ajacis stemma:

Jupiter = Aegina.

Aeacus.

Telamon. Peleus.

Teucer. Ajax. Achilles.

Hinc Jupiter προγόν. προπάτ. appellatur.

v. 388. πῶς sc. ποτε, quonam tandem modo. αἱμύλ. (ab αἱμύλλω) pellacem Ulyssem, qui in fraudem pellicit, blandum, adulatorium.

v. 389. Apud Homer. Ulysses πολύμητις, ποικιλομήτης appellatur. Virgil. Aen. II, 90. Ulyxi pellacis invidia.

v. 390. τέλος sc. κατὰ, ἐπὶ τέλει, tum demum, interfectis Atridis et Ulysse.

v. 392. κατεύχ. tibi imprecaris mortem.

v. 394. Mortem sibi optat Ajax; quare invocat Orcum, ut Philoctetes vers. 796. et Creon in Antig. 1320 sqq. — σκότος subaud. τοῦ θανάτου. Eurip. in Phoeniss. 1474. ἤ με περιβάλλει σκότος. — φάος, o mea lux, salus, spes. Lux enim tenebris opposita est imago laetitiae, salutis, vitae. Hinc de mortuo et infelici illud οὐκ ἔστ' ἐν φάει ἔτι, de felici ὁ'υμὸς ἐν φάει βίος. Sed hoc loco mors dicitur φάος, quatenus instar lucis Ajaci arridet.

v. 395. Eandem ob caus. et Ἔρεβος audit φαεννότατον i. q. φαεινότατον, lucidissimum, quod epitheton proprie οὐρανὸν ornat, ut in Eurip. Phoeniss. 84.: ἀλλ', ὦ, φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτύχας, Ζεῦ, σῶσον ἡμᾶς. — O mea unica spes! ὡς ἐμοὶ, ὡς ἐμῇ δόξῃ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, meo quidem animo.

v. 396. οἰκήτ. excipite me incolam, ut loca infera inhabitem. Trach. 1161. ἀλλ' ὅστις Αἴδου

φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι, de mortuo. — Perperam Ald. et alii Codd. contra numeros pronomen geminant. Oedip. rex similiter lamentatur v. 1337 sqq. Hercules itidem in Trachin. v. 1085.

v. 398. *ἁμερ.* i. e. *ἐφημερίων*, mortalium, hominum. Sed non vertendum est: *viventium.* Nam opponitur *τοῖς· γένος θεῶν.*

v. 400. *τιν' εἰς ὄνασιν ἀνθρώπ.* in utilitatem et laetitiam qualemcunque hominum, quod his ne tantillum quidem posthac praestare valeo, neque usui neque gaudio cujuscunque modi hominibus futurus. Vel sic: quod neque hominibus prodesse nec invicem ab iis fructum capere potero." Itaque quum haec lectio bonum sensum habeat, neque cum M. *τιν' εἰς ὀνήσιμ' ἀνθρώπ.* (ad bonos probosque homines, *εἰς ὀνησίμους τινὰς ἀνθρώπους*), neque cum Bothio *εἰς ἄντησιν* i. e. *ἐν ἀντήσει*, *occurrens*, emendaverim, neque cum Br. verterim: mortalium inutilium jam perinde mihi. — Cum honore militiam militare, in quo heroës omnem vitae usum ponebant, non amplius posse sibi videbatur Ajax, eumque pigebat vivere cum hominibus, qualis Ulysses, qui fortunata vafritie gaudebat.

v. 401. *ἀλκ.* praepotens Jovis filia, bellica 'Αθήνη. In Eurip. Phoeniss. v. 681. *Δίας ἀμάτορος Παλλάδος φραδαῖς*, i. e. *τῆς ἐκ μητρὸς οὐ γεννηθείσης* i. e. *ἐκ Διὸς καὶ οὐκ ἀπὸ μητρός.* Hinc Minerva *κατ' ἐξοχὴν* Jovis filia nuncupata.

v. 402. *ὀλέθρ.* pro *ὀλεθρίως*, *εἰς φθορὰν*, ad interitum usque, penitus me dilaniat. Lobeck ad *μὲ* trahit. Vid. Homer. Il. XIV, 6. *θερμ.* — *θερμήνῃ.* Brunck. in vers. anteced. post *Διὸς* omisit *γ'*, quod comparet in vulg. Edd. Cddque Johnsoni praeter Barocc. 1. omnibus. Sed non, ut Bothe opinatur, versui necessarium est, qui constat ex duobus penthe-

mim. trochaic. ut ultima syllaba primi trochaici ἀδιάφορος sit. Negari tamen haud potest, inter Διὸς et Θεὸς tunc, ut inter primam et ultimam partem versus antistrophici, quandam soni aequalitatem (Reim) observari, quam veteribus incognitam in versib. elegiac. Romanorum tamen interdum deprehendimus. Nimirum in antistrophe 419. Σκαμάνδριοι et ῥοαὶ etiam in similem exeunt sonum.

v. 403. Soloece Triclinius φύγοι. Melius Schol. τράπῃ.

v. 405. τὰ μὲν. Lectio haud movenda, quamvis τὰ δὲ sequi debuisset. At melicos legimus versus. Opponitur illud δὲ post πᾶς in vers. 408. Facile intelliges, τὰ μὲν demonstrativi locum tenere, et, ut saepe, absolute positum esse, ut subaudiendum sit χρήματα vel ἐμὰ χρ. res meae, nimirum, pristinus splendor, pristina gloria, salus. Quare Scholiast. Cod. Par. 2820. recte accepit: εἰ μὲν ἐμὴ εὐτυχία φθείρεται. Impressum est ἡ ἐμή. Eandem ellipsin deprehendimus in Trachin. v. 498. τὰ μὲν θεῶν, omisso quoque τὰ δὲ. 844. τὰ μὲν κ. τ. λ. 950. τάδε μὲν — τάδε δὲ. Pindar. Isthm. IV. v. 67. Ζεὺς τά τε καὶ τὰ νέμει. Vid. Buttmann. Gramm. p. 484. §. 115. Neque μὲν abesse potest. — τοῖσδ' ὁμοῦ πέλας sc. οὖσι per metathesin pro ὁμοῦ i. e. ἅμα σὺν τοῖσδε πέλας, una cum his vicinis, qui hic viciniae tendunt, quorum tentoria in scena conspiciebantur, i. e. συνναύταις. Sic dicunt εἰς ὁμὰ παιδὶ, ὁμοῦ παιδὶ καθεύδειν. Sensus igitur est: siquidem una ex parte mea salus evanescat una cum hisce (ad quos digitum intendit) sociis nunc a me discessuris. — Siccis enim cadis diffugiunt amici. Quod Ajax non omnino absque causa metuebat. Vid. vers. 253—257. Emendare nolim εἰ τὰ 'μοῦ vel 'μὰ, quod neutrum possessivi cum articulo junctum,

ut τὸ ἐμὸν, eandem vim cum ἐγὼ habeat, sensumque ab hoc loco alienum offerat, nimirum: siquidem ego una cum-sociis vicinis intereo. Vix enim talia publice Ajax professus esset. Neque vocula μὲν desiderari potest. Erfurdtio placuit Musgravii conjectura: φθίνει φίλος pro φθίνουσι φίλοι, vel φίλον.

v. 407. μωρ. δ' ἄγρ. adeo ut, a vobis, amici, relictus, his brutorum animalium captivorum cadaveribus solus adjaceam. μωρὸς enim i. q. ἀμβλὺς, βραδύς. Conf. vers. 218 sqq. et 297. εὔκερών τ' ἄγραν.

v. 408. πᾶς δὲ στρ. altera vero ex parte exercitus Argivorum lapidibus ab utraque manu emissis me occisurus sit. — διπαλτὸς, epitheton transpositum, ad χερὶ adjiciendum, διπαλτῷ (a πάλλω) χερὶ, διπλασίᾳ χερὶ, δυοῖν χεροῖν, πάσῃ δυνάμει πάλλων λίθους, χερὶ διδύμᾳ. Sensum transitivum habet, ut alia adjectiva passivae formae, περιβόητος in Oed. T. 192. ἀφόβητος ibidem 885. αὐτόσσυτος, αὐτοσφαγής. Nec aliter in Aeschyl. Agam. 115. χερὸς ἐκ δοριπάλτου a dextra manu, ut dicitur ἐπὶ δόρυ, dextrorsum, ἐπ' ἀσπίδα, sinistrorsum. Ita Lobeck. Sensu passiv. occurrunt ξίφη διπαλτὰ in Eurip. Bothe duo spicula intelligit, quibus, si calida res esset, simul utebantur. Sed hic λιθοβολία erat metuenda. Brevi, locum, cui nulla difficultas inest, bene Graecum male correxit Bothius, qui ipse, quum fecerit jambicum senarium, durissimum vituperat, Sophocli tamen id culpae tribuens. Τοῖσδε refert ad omissum βοσκήμασι, et ita interpretatur: siquidem parte me tabefaciunt (?), amici, quae inter prostratus jaceo, insanas (?) praedas, parte vero utrisque spiculis exercitus me sit occisurus." — Idem corrigit χειροφονεύοι.

v. 410. χρήσιμ. utilem, consultum. — ἅ scil. φωνεῖν — ἔτλη, sustinuisset. Nota accusativum cum infinitivo in exclamatione!

v. 412. δαρὸν, δηρὸν, δήναιον χρόνον. — ἀλίῤῥ. (a ῥόθος), vada, freta, πορθμοὶ maris strepentis, ἁλὸς ῥοθίου, κροκάλοι ῥόθιοι, litora, ripae, quae mari circumstrepuntur. — νέμος, saltus litorales. — κατεῖχ. me detinuistis. Similiter ingemiscit Philoct. v. 936. ὦ λειμένες κ. τ. λ. Miseri est, res vitae expertes invocare. Ibid. 1081.

v. 414. Sic versum disposuit Brunck, ut metro examussim congrueret. Perverse Aldus et vett. Codd. πολὺν, πολύν με. Cod. Par. 2711. πολὺν, πολὺν δαρόν τε με. Egregie; modo strophicus responderet.

v. 417. ἀμπνοὰς, ἀναπνοὴν, ἄμπνευμα ἔχ. i. e. ἀναπνέοντα, non amplius respirantem a continua calamitate, sive non amplius carpentem auras vitales. Verba bene notanda, quae metum inspirent.

v. 418. φρονῶν, εὐφρονῶν γινωσκέτω, quicunque sapit, scito.

v. 419. γείτ. ῥ. vicina fluenta, o! Scamander vicine. Sic in Eurip. Phoen. 87. ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς.

v. 420. Si legas εὔφρονες, quod τῷ ὀλέθριον in vers. strophic. 402. congruit, metro magis consultum est. Ceterum ii argutantur, qui ad Homer. Il. XX, 36, 40 et 74. respiciunt, et Scamandrum *malevolum* Graecis potius quam Trojanis fuisse dicunt, ut legendum sit δύςφρονες aut δαΐφρονες, quod epitheton Bothe excogitavit. Nam syllabarum diaeresis in antistrophico ὀλέθριον, quae in arsi est perrara, eum solicitabat. Absonum est. Nam Scamander pro quovis alio flumine in vicinia positus esse putandus, neque de Fluvii voluntate erga Graecos sermo est, sed de ipsius amoenitate, in qua tam diu fuerat Ajax,

his regionibus adsuetus. Itaque reddatur *hilariora*, Graecos exhilarantia, Argivis laetissima, hilari pietate culta Scamandri fluenta. Militibus enim regiones cum fluviis, ubi militantur, tempore in deliciis sunt ob res ibi gestas.

v. 421. *μὴ* pendet ab omisso *δέδοικα*.

v. 423. Ante *οἷον* subaudiendum est *τοῖον*, virum qualem *ἐκ στρατοῦ*, in exercitu nostro, terra Hellenica advectum Trojani vix aut omnino non viderunt." Quare per parenthesin addit *ἐξερῶ μέγα*, magnum quid eloquar. Ἐξερέω in ἐξερῶ mutandum, Lobeck. ait, quod, cur communis scribendi ratio deseratur, nulla prorsus causa explicari poterit, et haec diaeresis verborum in melicis perrara et ob solam necessitatem inventa est, ut *τρομέων*, *ἐοῦσαν*, *εὑρεῖ*, *ῥέεθρον*. Legas, quae doctissime ad h. l. disputaverit. — Regioni Trojanae quasi valere dicit, quae pietas in milite, cui metuendum est, animos omnium sibi conciliat, ut illa verba magnifica ex virtutis et meritorum conscientia profecta virum tragicis consiliis ab omni parte idoneum pingunt.

v. 424. *οὔ τινα* ex interpretatione, Bothe ait. Minime. Sed magniloquentiam mitigat; nam adest pro *οἷον δήποτε*, qualemcunque ne vix quidem, als wol nicht einen. Ita et *τοῖος* cum *τὶς* jungitur, ut *τοιόςδε τις*, *τοιοῦτός τις*, talis quidam. Etiam *ὅς* in *ὅστις*. Etiam Eustathius p. 126 et 1133. 50. *τινὰ* retinuit.

v. 426. *ταυῦν* prout tempora sunt, nunc. — *ἄτιμος*. Ad *ἀτιμίαν*, imminutionem capitis, quasi spectat.

v. 427. *πρόκειμαι*, non pro simplici *κεῖμαι*, sed significat *porrectus* jaceo, omnium risui quasi *expositus*. Sic in Euripid. Phoeniss. 1723. *οἰκτρὰ*

(1710 Porson)

πρόκειται, πάντ' ἔχουσ' ὁμοῦ κακά. Turnebus πρόκειται.

v. 429. ἔχω, habeo, novi, non reperio modum, quî te cohibeam, quo minus talia dicas, neque quî te talia dicere sinam. — συμπεπτ. (a συμπίπτω), proeliantem, luctantem cum tantis malis. Vel positum est pro altero composito ἐμπεπτωκότα, te, qui in haec mala incidisti, his tantisque malis immersum. Nam τὰ ἐμπίπτοντα mala dicuntur.

v. 430 — 434. Haec frigida sunt, cujusmodi exemplum in Aeschylo et Euripide saepius invenias, at non facile in nostro. Schaefer citat quidem v. 575., ut appareat, etiam Sophocli talia in deliciis fuisse. Nec Lobeck satis adversatur. At nescio, quid cogitaverit Vir doctissimus. Nam quae in hoc loco eximio leguntur, ex ingenio heroïs sunt dijudicanda, qui omnem gloriam in armis ponebat, filiumque paternae virtutis admoniturus erat. Simile quid et Virgilio ob vers. 729. in Aeneid. L. VIII. accidit. Quare versum 430., vocibus τις ἂν — νῦν γὰρ ridiculis, quas Scholiastes quidam ineptus ad explicandum αἰάζειν adscripserat, ejectis, cum vers. 432. ita conjunge: αἶ αἶ πάρεστι καὶ δὶς αἰάζειν ἐμοί. — αἰάζειν est i. q. inclamare αἶ αἶ, quae vox dolentis atque gementis esse solet. — δὶς καὶ τρίς. Etiam in Romanis ter quaterque illud solenne. Habeo suspiria, cur flebile bis terve suspirem.

v. 434 — 440. Cujus pater ex hac terra ob res praeclare gestas splendidissimis praemiis ornatus domum rediit, dum ego, filius, et robore et factis illi haud impar, tam inhonoratus dimittar." Nimirum Telamon, Pelei frater, Ajacis pater, quem solo Hercule minorem facit Valer. Flacc. 1, 353., ex Argonautarum numero fuit, qui ad Trojana litora appellebantur, quum Laomedon, rex Trojae, Ili filius,

Priami pater, ibi sceptra teneret. Is Neptuno et Apollini murorum Trojae conditoribus pactam negaverat mercedem. Ovid. Metam. XI, 199 et 757. Hygin. fab. 14. extr. 89 et 97. Stat. Theb. V, 379. Justin. XLIV, 3. Quare Neptunus iratus monstrum marinum immiserat, cui Hesione, Priami filia, sorte objecta est, quam sibi cum equis celeritate conspicuis promissam Hercules superveniens liberabat. Verum quum Laomedon promissis stare nollet, Hercules Trojam obsessam expugnavit, et, Laomedonte occiso, regnum Priamo, Telamoni socio puellam dedit, ex qua progenuit Teucrum et Ajacem Salaminius heros. Ovid. Metam. XI, 217. Horat. Od. III, 3, 22. Propert. II, XI, 2. Ovid. l. l. VI, 96. — καλλιστ. praemia pulchri et honesti, virtutis, ut ipse Ajax vers. 466. interpretatur: ὧν αὐτὸς ἔσχε στέφανον εὐκλείας μέγαν. — ἀριστεύσας, ἄριστος ὢν, vel domi vel belli factis et eloquentia ceteros praecellens sc. κατὰ τὰ καλλιστεῖα. i. e. praemia nactus ob res praeclare gestas.

v. 436. Pro πᾶσαν Bothe reposuit παισὶν, absque necessitate.

v. 439. ἀρκέσας, δείξας, ποιήσας, quum suffecissem ad res (εἰς ἔργα, ἔργοις) haud minores manu gerendas, quum res haud minores manu mea suffecissem, i. e. fecissem, gessissem. Sic in Aeschyl. Eumen. 213. ἠρκέσω pro ἐποίησας. Aelian. h. an. V, 3. περιβάλλειν ἀρκέσεις. — χειρὸς ἐμῆς pro χειρὶ ἐμῇ.

v. 443. κρίνειν i. e. διακρίνειν ἔμελλε sensu Homerico, si per fata Achilli licuisset, in certamine de armis suis palmae victoriam, cui vellet, deferre. — κράτος, ut saepe, νίκην. ἀριστ. ob res primi et probatissimi herois more gestas, ὥστε κρατεῖν τῶν καλλιστείων.

v. 444. αὖτ' sc. ὅπλα. — ἔμαρψ. i. e. συνέλαβεν, accepisset, tulisset.

v. 445. παντουργῷ. Hoc accentu etiam Thom. Mag. p. 677. ubi ex Sophocle citat ἀνδρὶ παντουργῷ φρένας.

v. 446. αὖτ' — ἔπρ. sc. κατὰ φρένας. Nunc vero Atridae haec arma viro scelerato attribuenda curarunt, animo ejus morigeri. Sic loquuntur πράττειν τινὶ βασίλειαν, regnum alicui reposcere, exigere i. e. curare. κατὰ φρέν. i. q. πρὸς θυμοῦ, animi causa, ut in animo habebat. Vulgo leg. καὶ φρένες δ'. — ἀπώσ. κράτ. primam palmam hujus viri (δεικτικῶς pro ἐμὸν, ἐμοῦ) repudiantes i. e. victoriae praemium denegantes. In Trach. 1249. ποιήσω, κοὐκ ἀπώσομαι.

v. 447. Versus lucem accipit e vers. 98 et 100. et 372 — 377. — διάστροφ. detorta per Minervam ab Atridis et Ulysse in pecora mea lumina et consilia fuissent. — Bothe legit χέρες pro φρένες. At qui χέρες et ἀπῇξαν tam bene inter se concinant, quam φρένες? Sensus est: nisi mens cum oculis detortis a proposito absiluisset, aberrasset. Ald. et vett. Codd. habent ἀπῇξαν (ἀπάγω, non ab ἀπαίσσω); sed tum poëta scripsisset γνώμης μ' ἀπῆξαν τῆς ἐμῆς. In D. lectio exstat ἀπεῖρξαν cum glossemate, quod ad ἀπῆξάν pertinet, ἀπήγαγον, ἐκώλυσαν. — ἐψήφισ. haud amplius talem sententiam, qualem de me tulerunt, contra quemquam alium laturi essent, nimirum θανόντες ἐξ ἐμοῦ. Memorabile est, ψηφίσ. h. l. regere accusativum.

v. 450. γοργῶπ. (a γοργὸς et ὤψ), femininum τοῦ γοργώπης, vultu, aspectu terribilis, epitheton Minervae. Gorgon, Γοργὼ, Medusa poëtarum, ejusque duae vel tres sorores, Euryale, Stheno et Scylla, Phorcyos filiae, Gorgones dictae sunt παρὰ τὸ γορ-

γὸν τῶν ὀφθαλμῶν, a terribili aspectu oculorum. Cicer. Verr. IV, 56. Hoc Medusae os pulcherrimum, sed crinitum anguibus tamquam victoriae signum et terroris imaginem in scuto gerit Minerva, nunc in pectore, unde ita cognominatur. Vid. Schol. ad Euripid. Phoeniss. 469. Drakenb. ad Silium Ital. IX, 442. Martial. IX, 26. — ἀδάμ. partim quod virgo, παρθένος, ἄζυξ, thalamos non experta est, partim tamquam dea bellica, *insuperabilis*, cui resistere non valeas. Ita consentiunt vers. 456. et in Oedip. Tyr. v. 1315.

v. 451. ἐπεντεὶν. i. e. ἐπεμβαλόντα (cf. Oedip. Colon. 463.), dextram illis jam intentantem me in errorem abduxit. Ita legit Brunck. at Turnebus Aldi lectionem ἐπεντύναντ' retinuit aeque vitiosam ac Valckenarii conject. ἐπευθύνοντ', Bothii ἐπαντείναντ'. — σφάλλω, supplanto, per metaph. fallo. — ἐμβαλ. furialem morbum immittendo. Bothe, accusativum λυσσ. νόσ. interpretationem esse putat et substituit dativum λυσσώδει νόσῳ e Suida, et refert ἐμβαλοῦσα ad pronomen μὲ. Sed lectio vulgata et concinnior et Sophocli aliisque tragicis familiarior est. Sic vers. 52. δυςφόρους ἐπ' ὄμμασι γνώμας βαλοῦσα. Trachin. 42. ἐμοὶ πικρὰς ὠδῖνας αὐτοῦ προςβαλὼν ἀποίχεται. Eurip. Phoen. 61. εἰς ὄμμαθ' αὐτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον. Ibidem 1559. ἀέριον σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών.

v. 454. ἐκπεφευγ. pro ὅτι ἐκπεφεύγασι. — ἐμ. οὐχ ἑκόντ. quod meas effugerunt manus, me nolente, contra meam voluntatem.

v. 456. βλάπτοι, ἐμποδίζοι, σφάλλοι, currentem impediat i. e. in errorem abripiat. — κακὸς, ignavus.

v. 459. ἔχθει, ἐχθαίρει, ἐχθραίνει, mihi infesti sunt Trojani. Verbum regit dativum. Ceterum hic

versus nil valet ad emendationem δύςφρονες in vers. 420. excusandam. Nam Ajax non dicit, se odisse illam regionem Trojanam, sed Trojanos sibi infensos intelligit. Affectus animi in ipso variant.

v. 461. Bothe legit μωρούς τ' Ἀτρ. stultisque Atridis relictis. Absque causa. Triclinius μόνους recte interpretatur ἐμοῦ μεμονωμένους, me destitutos. Ita mox 510. σοῦ μόνος i. e. μονούμενος. Philoct. 286. μόνον, ἔρημον. Et Graecorum est, λιπεῖν jungere cum μόνος. Vid. Eurip. Phoeniss. 1555. Soph. Oedip. Tyr. 1504. — ναυλ. ἕδρας i. e. ναύσταθμον, navium stationem prope portum in litore. Ita alibi Sophocl. habet ναύλοχα λουτρὰ, aquae calidae prope litus in vicinia portus. — πέλ. Αἰγ. mare Aegaeum inter Graeciam et Asiam minorem, in qua Troja.

A vers. 460 — 481. quidnam consilii sit capturus, Ajax dubitat. Num redeat sic inhonoratus ad patrem honoratum, an solus cum Trojanis congressus mortem inveniat? Sed hoc displicet, quod sic Atridis rem gratam sit facturus. Viam aliam est ingressurus, qua se haud degenerem patri ostendat. Turpe enim esse, exclamat, in miseriis, quarum nulla remissio sit, vitam ad senectutem perducere. Aut honeste vivere aut honeste mori, viri esse generosi. — Videte heroa vere tragicum.

v. 462. γυμνὸν, *nudum*, intendit vim, quam habet τῶν ἀριστ. ἄτερ. Hanc egregiam vocem Bothe commutavit cum rariori, ex scriptoribus rerum naturalium petita voce γίννον, ut asinum honestum in tragoedia produceret. Γίννος enim est Latinorum hinnus, cui opponitur ὀρεὺς, mulus. Vid. Aristot. h. an. XVII, 24. Generat. anim. II, 8. Ceterum explicat pumilionem degeneratum, Hesychium citans. — στέφανον, proprie corona, victoriae prae-

mium, στέφος καλλίνικον; deinde h. l. praemium, decus insigne.

v. 467. ἔρυμα, munimenta. — συμπεσ. solus in solos irruens. — χρηστὸν, facinus viro honesto dignum, magnum et memorabile. Pro θανῶ, quod futurum non usitatum est, Schaefer rectius exhibet θάνω.

v. 470. οὐκ ἔστι ταῦτα. Non est haec facere pro *non licet*, *nolo* facere. Absit hoc. Οὐ δῆτα. sc. ταῦτ᾽ ἔστω. Non ita. Virgil. Aen. II, 583. Opponitur εἴη τάδε, bene est. Euripid. Phoeniss. 866. ἐστὶ ταῦτα, sic est. Tibull. IV, 3, 3.: *nec tibi sit* i. e. nolis, ne tibi liceat duros acuisse in proelia dentes. Horat. Epist. 1, 1, 32. Est prodire. Igitur lectionem bonam habemus, nec opus est mutatione οὐκ ἔστι ταύτῃ.

v. 472. Post φύσιν subaudias κατὰ. — ἄσπλ. (a σπλάγχνον, viscera.) absque sensu humanitatis, commiserationis; hoc loco absque *animo* et *fortitudine*. Viscera enim pro sede affectuum habita. Vid. infr. v. 995. At viscera quoque de liberis usurpantur; unde ὁμοσπλάγχνοι, ὁμογάστριος. Ita ἄσπλ. rectius vertas ἀγενὴς, ἀγέννητος, degener; ut φύσις idem significet, quod γένος, εὐγένεια, ingenium, natura. — δηλώσ. μὴ γεγώς. Idiotismus notissimus, quo participium pro infinitivo, ut et Comici Latinorum, adhibent.

v. 473. χρήζειν, longam cupere vitam. Euripid. Phoen. ὧν χρήζω τυχεῖν, ὧν ἔχρῃζες εἰσιδεῖν. Et Latini more Graecorum *cupere* cum genitivo jungunt. Plaut. Mil. IV, 1, 17. 2, 58. Terent. Hec. 1, 2, 67. qui cupiunt tui.

v. 474. αἰσχρὸν sc. ἐστὶ. — ἐξαλλάσσ. qui ne minimum quidem discedit vel differt ab ignavis, i. e. qui ignavi loco habitus et tamquam κακὸς con-

tumelias passus est et patietur. Musgr. rectius κακοῖς pro κακῶν accipiebat, figura Colophonia; ut esset: qui a malis non discedit, non liberatur. Ita postulat vers. 478. Sic in Euripid. Phoeniss. 1430. ἐξαλλάττεσθαι πόνου. Attamen Bothe iterum emendat κάκωσιν i. e. βλάβην, noxam sive a diis sive ab hominibus inflictam.

v. 475. Ordo verbor. τί γ. τέρπ. i. e. τίνα τέρψιν ἔχ. ἡμέρ. παρ' ἦμ. προσθεῖσ. quem enim fructum habet dies ex die i. e. quotidie adjectus, pro: ad diem adjectus huic infelici? Praepositio παρὰ exquisite pro πρὸς, quod dies quivis novum diem quasi desideret. παρ' ἡμέραν enim proprie *diem ex die*, alternis diebus significat. Non intelligo, qui tandem Bothe errorem librarii hac in voce deprehendere potuerit, ut legere juberet πρὸς ἦμαρ i. e. ἤματι.

v. 476. κἀνεθεῖσα (particip. aor. 1. passiv. ab ἀνέω, ἀνίημι) i. q. καὶ ἀφεθεῖσα τοῦ κατθανεῖν, dies liberatus moriendo, a morte. Sic membranae pro varia lectione. Verum omnes libri habent κἀναθεῖσα (ab ἀνατίθημι), quod τῷ προσθεῖσα bene opponeretur, si sensum passiv. admitteret. Tunc enim ἡμέρα subaudiretur et jungeretur cum genitivo τοῦ κατθανεῖν. Scholiast. explicat ἀναβολὴν ποιήσασα, ἀνάθεσιν, ὑπέρθεσιν ποιοῦσα, at quoque ἀνατεθεῖσα passiv. sensu. Genitivus τοῦ κατθαν. tamen obstat, et τό γε κατθανεῖν metrum non admittit. Crediderim κἀνεθεῖσα, subaudito ἡμέρα, quod regat τοῦ κατθανεῖν, ita vertendum esse: diesque moriendi remissus, reservatus i. e. dilatio moriendi data quid misero huic prodest? Nam dicunt ἀνίημι δίκην, τὸ κατθανεῖν. Vox a judiciis petita. Ita ἀναθεῖσα foret glossem. Hermannus explicat: Alius dies aliquid ad vitam adponit, alius remittititur,

προςθεῖσά τι τῷ ζῆν καὶ ἀνεθεῖσα τοῦ μὴ ζῆν, pro quo Sophoclem negligentius scripsisse τοῦ κατθανεῖν. Lobeckius dativum reponendum et praecedens προςθεῖσα servandum esse censet, jungens προςθεῖσα (ἡμᾶς) τῷ γε κατθανεῖν κἀναθεῖσα sc. αὐτό: quid nos juvat longam vitam trahere, qui in perpetua mortis exspectatione versamur, *quosque alterna dies dat adimitque letho*, τοὺς ἐπὶ προςδοκίᾳ ζῶντας ἀεὶ θανάτου." Hanc suspensionem constructionis p. 294 seq. pluribus firmavit exemplis. Erfurdt.: quid enim dies diei additus apponit, quousque differt mortem, ut oblectare aliquem possit. Hermannus alio loco ἀνατιθέναι reddit detrahere, ut sensus hic sit: quid delectare potest dies diei accedens, qui quidquid vitae addat vel demat, id tamen non nisi tempori, quo moriendum est, addat dematque. Heathius: quid enim dies, diei addita jucundi habet, quod ipse adposuerit, atque ita distulerit moriendi diem.

v. 477. πριαίμην, τιθείην ἄξιόν, ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιοίμην βροτὸν, οὐ λόγον ἔχοιμι βροτοῦ. *nihil putarim hominem, qui* et cet. Vel rectius ita: non redimerem a morte, a Rhadamantho, ab Acheronte (sic Cornel. Nep. in Dion. 11.) istum, qui *nihil hominis est:* ut jungas βροτὸν οὐδενὸς λόγου. Ita poëta comparationi latenti adhaesit. Herodot. III, 120. σὺ γὰρ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ. Notum illud οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ i. q. ἄτιμον εἶναι.

v. 480. πάντ' ἀκηκ. Nunc omnia habes, tenes.

v. 481. ὑπόβλ. i. e. νόθον, μὴ γνησίον τῆς σώφρονος διανοίας, subdititia, ficta verba te tamquam simulatorem cujuslibet rei locutum esse, sed verba Ajacis vere Telamonii." Chorus ipsum sibi conciliare vult, ut alloquiis aures praebeat faciles.

v. 484. Amicis da facilem ad flectendum mentem." Hic versus docet, versum 330., qualis in

textu Brunckiano legitur, genuinum esse. Nam κρατῆσαι ibi verbo νικᾷν exprimitur. — Ceterum Chorus judicia spectatorum de Ajace dirigit.

v. 485. ἀναγκ. τύχ. fati necessitate, in qua servitus, ἅλωσις καὶ δούλωσις. Fatum omnium malorum postremum, quod inevitabile est. Trach. 850, 1273. Colon. 1779. Antig. 951.

v. 488. εἴπερ τιν. si quis alius Phrygum, divitiis pollente. Praepos. ἐν saepius abundat. Oratio Tecmessae ad animos et spectatorum et Ajacis commovendos efficacissima. Ne quid moliatur, rogat illum, quo pudorem patris, matris pietatem laesurus, neque quo lecti sociam et filiolum orbitatis infortunio et ludibriis Argivorum objecturus sit.

v. 490. ξυνῆλθ. pro ἦλθον εἰς λέχος, in cubile conveni, tibi nupsi. — εὖφρον. sc. κατὰ τὰ σὰ i. e. φίλα σοὶ φρονῶ ἐν θυμῷ. ' Quod attinet ad praecedentia καὶ σῇ μάλιστα χερί, mulier non se corrigit metuens, ne Ajax illa θεοῖς ὧδε δόξαι aegre ferat. Non tam irreverens Deorum erat Ajax; certe Sophocles talem contra Aristotelis praecepta ex ipso hausta non in scena produxisset. Mulier haec addit, ut viro ostendat, se ipsius culpa parentibus et patria esse orbatam; quare salutem ipsius futuro sustentare debeat et protegere.

v. 491. ἀντιάζω. te obtestor per Jovem ἐφέστιον, πατρῷον, domesticum, patrium, a quo genus paternum deducebat. θεοὶ ἐφέστιοι proprie fuere dii patrii unaque penates, lares, ad quos, ἱκέτης, supplex confugiebat, eorum numina poscens. Ita, ut Macrob. Saturn. III, 4. memorat, Jupiter, Juno, Minerva, Vesta, Mercurius iis accensebantur. Vid. Lobeckii de Jove patrio comment. in Miscell. Critic. Hildes. V. III. Trachin. 607 et 753. πατρῴῳ Διί. Eodem modo orat Dido in Virgil. Aen. IV, 315 seqq.

v. 493. ἧς ξυνηλλ. pro ᾗ, quod Aldus praetulit: *lectum, quo conjunctus es mihi.* Notum est, pronomen relativum non casu, quem verbum regit, sed substantivi, ad quod refertur, poni. συναλλάσσειν proprie rem cum aliquo permutare; dein aliquem alicui adjungere, significat. Sic in Aeschyl. S. 600. δίκαιον ἄνδρα τοῖς δυςσεβεστάτοις συναλλάττειν; denique reconciliare. Tecmessa inimici filia, dum matrimonio jungebatur, cum Ajace simul reconciliata est.

v. 494. ἀξιώσ. ne me digneris aliena jussa et dominos pati. Virg. Aen. X, 866. — χειρίαν ἀφ. i. e. ὑποχειρίαν ἀφ. in manum domini alieni tradens, arbitrio alius permissam. Opponitur λαβὼν ὑποχειρίαν. — τελευτήσ. sc. τὸν βίον. — ἀφῇς, cum vi dictum, me relinquis omnibus malis expositam. Bothe tamen emendat ἄπεις. Insertum pronomen μὲν in omnibus libris perperam omissum restituit Brunck. Etiam pro ἣν in initio vers. Bothe de grammaticis nimis sollicitus corrigit ᾗ sc. ἡμέρᾳ.

v. 499. δουλίαν i. e. δούλου, servae alimenta, victum servilem et tenuissimum me esse habituram. Ex animo muliebri deprompta. Posita sunt pro δούλιον, ἀναγκαῖον ἦμαρ, cui opponitur ἦμαρ ἐλεύθερον. — ἰάπτων, σπαράσσων, αἰκιζόμενος, βλάπτων, verbis tangens. Petiit noster, quae sequuntur, ex Homeri Iliad. VI, 440 sqq. ubi: καί ποτέ τις εἴπῃσιν — Ἕκτορος ἥδε γυνή, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι Τρώων ἱπποδάμων, ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο. ὥς ποτέ τις ἐρέει. Imitatio fere ad verbum.

v. 503. στρατοῦ. cf. supra v. 424. — λατρείας. qualia servitia pro quali felicitate patiatur. ζῆλος invidia, i. e. βίος ζηλωτὸς, ἀζηλωτὸς, felicitas invidia major, ἄφθονος, ἀφθονία. — τρέφει i. q. τλῆσι, ἔχει.

v. 504. δαίμων, κακοδαίμων, ἀναγκαία μοῖρα, ἀνάγκη. ἐλᾷ me exagitabit, excruciabit. Vox solennis de humili et contumeliosa servorum tractatione. Sic in Demosth. ὡς δοῦλον ἐλαυνόμενον, ἐλαυνόμενον καὶ ὑβριζόμενον et σὺ δ' ἀπειλεῖς πᾶσιν, ἐλαύνεις πάντας. Observandum, ἐλᾷ esse futurum forma Attica, ut infra 735. Oedip. Tyr. 413.

v. 506. αἴδ. — προλειπῶν pro προλείπειν. Nam proprie regit infinitivum, ut in Homer. Il. VII, 93. αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι. Significat τὰ ἐν τῷ φανερῷ αἰσχρὰ φεύγειν. Sic interpretatur Xenoph. Cyr. VIII, 1, 31. Igitur sensus hic est: Sit pudor patrem senio tristi confectum relinquere. — κληροῦχ. i. e. ἔχουσαν τὸν κλῆρον π. ἐτ. multos annos sortitam. — ἀρᾶται. Vid. Horat. Od. IV, 5, 13.

v. 510. εἰ pro εἴ γε; siquidem puerili educatione privatus. — διοίσεται, ut διοίσει, sc. τὸν βίον. Vid. Herodot. III, 40. de re molesta, χαλεπῶς διοίσει, vitam moleste perferet, peraget. — μόνος i. e. μονούμενος cum σοῦ jungendum.

v. 512. ὀρφαν. sub tutoribus ipsi haud amicis. Bothe exemplo Henrici Stephani abductus punctum post φίλων delevit et comma reposuit. Male. Exclamatio per se adest, et ad matrem et ad filium pertinens. — τοῦτο, eo ipso. — βλέπω, quo respiciam, unde praesidium exspectem; ἔσσεται ἄλγος χήτει τοιοῦδ' ἀνδρὸς ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ.

v. 515. Triclin. μου invenuste pro μοι. — ἤστωσας (ἀϊστόω, ab ἵστημι), funditus delevisti, ut ne nomen quidem restet. Est verbum praegnans, in quo latet καὶ ἔφθαρκας μητ. *et matrem perdidisti*, quae aegritudine confecta esse debuit.

v. 516. At patrem ἡ μοῖρα, parca, Atropos (jam diu ante) abripuit, dejecit ad imos manes, εἰς Ἅιδου θανασ. i. e. θανόντας οἰκήτ. cf. vers. 396. Ita non

friget. Pater igitur jam diu sub manes, qui Orcum inhabitant, venerat. Thespius enim, ejus filius, post eum regno potitus, Herculis aequalis fuit. Vid. Arnob. VI. Stat. Sylv. III, 1, 43. Hygin. fab. 162. Diodor. Sicul. IV, 29. Ovid. Metam. XV, 19. Sine necessitate Bothe, quod Tecmessam abominabilem putat, si virum, qui matrem ipsius interfecisset (?), amare posset, ita emendat: καὶ μητέρ' ἤδη μοῖρα, τὸν φύσαντά τε, quam ultimam vocem cum Lobeck. et Erfurdt. recepit. At de bello sermo est, et res ex temporum genio dijudicanda. Quod legimus, vere antiquitatem sapit. Ex jure belli matrem Tecmessae captivam abducturus erat, sed metu et moerore repentinam obiisse mortem credatur. Musgravius et qui curavit Sophocl. edit. Lond. 1722, dubitabundi quidem, conjiciebant καθεῖλ' ἐς Αΐδου, quod, ut Buttmannus monet, et scholia minora praeferunt. Ita ille Vir illustris necessitate supersedere posse forte opinabatur, ut ᾅδου οἰκητ. ad patrem et matrem una referret, quod Brunck. voluit ἐς subaudiens, et δῶμα post ᾅδου. Bothe κατεῖχεν, cohibet, legit pro καθεῖλε. Lobeckius Hermanno adstipulatur, qui et interpunctionem emendavit, et scripturae mendum sustulit, ἄλλη pro ἀλλ' ἡ substituens ex Augustana, ut ordo verborum et sensus hic sit: καὶ μητέρα ἄλλη, ἄλλη μοῖρα τὸν φύσαντά με καθεῖλεν, ein andres Schicksal raubte mir die Mutter, ein andres den Vater, im Tode Bewohner der Unterwelt. Certe tamen vel sic με in τε mutandum erat, quod Lobeck. acutissime vidit. Intelligere tamen non possum, quomodo hic sensus e verbis ita mutatis eliciatur. Inest jam vulgatae lectioni. „Pater naturaliter, mater inopinato et casu adverso diem obiit supremum.“ Illud ἄλλη loco iniquo collocatum nescio quantum offendit. Melius interpungas post καθεῖ-

λεν, ut οἰκήτορας Θ. Αἰδ. tamquam appositio ad utrosque parentes referatur, lectione Brunck. servata. Vox ἀλλ' in contrarie positis necessaria, nec vituperanda. Quae Benedictus ad hunc locum exposuit, haud omnino rejicienda. Monet enim, una cum patriae vastatione etiam Tecmessae matrem periisse. „Neque mirum esse potest, ille pergit, ejus matris maritum non simul periisse cum sua uxore, quia haud dubie tunc temporis, cum urbs ejus caperetur, in Trojanorum exercitu versabatur." Imo Herculis aequalis jam diu cesserat fatis.

v. 518. ἀντὶ σοῦ, pro te, qui es loco patriae, quocum in patriam novam abitura sim.

v. 519. πλοῦτος. Exquisita vox! Mulieres maritum etiam φίλη ψυχὴ affabantur. — σώζομ. i. e. ἐν σοὶ ἐμὴ σωτηρία κεῖται, omnis mea spes in te posita. Similiter ἐν σοὶ in Eurip. Phoeniss. v. 1266. usurpatur.

v. 520. Ergo mei memento. — μνήμ. προςεῖναι i. q. μεμνῆσθαι, memorem esse. — τερπν. πάθ. sicunde grati quid ei acciderit. Fructum amoris dulcem intelligit. Ita εὖ πάσχειν, κακῶς πάσχειν ὑπὸ τινός.

v. 521. Cf. Euripid. Hecub. vers. 828.

v. 522. Sententia gravissima, cujus exemplum invenies in Senec. de benef. II, 1, 2. gratia gratiam parit. Cf. Thucyd. II, 40.

v. 523. ἀποῤῥεῖ effluit more aquae ex urnis effluentis vel venti dissipantis. Sic in Sil. Ital. II, 627. dulces marito effluxere tori. Ovid. in Ibin. 424. fortuna per medias manus effluxit. Solennis imago. — μνῆστις, memoria beneficii.

v. 524. Porsonus Ms. Suidae in Collegio Corporis Christi bibliotheca apud Oxonienses, ubi legitur, οὔπω γένοιτ' ἄν, sequutus emendat: οὔποτε γέ-

νοιτ' ἂν οὗτος εὐγ. ἀν. Bothe οὔπω vel οὗτοι γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγ. ἀν. uterque ita, quod anapaestus sede tertia minime ferendus sit, cujus tamen exemplum in Philoctete 491. Τραχινίαν τε δειράδα καὶ τὸν εὔροον invenitur. Etiam, qui huic numero pares sunt, dactylus et spondeus ibi tolerantur. Vid. Philoct. 241. 800. Antig. 319. Quare miror, quod Lobeckius et Schaefer Porsonum sequuti sint.

v. 527. Schaefer. F. καὶ κάρτα γ' αἴνου.

v. 531. ἐξελύσ. sustuleram e conspectu, ablegaveram, liberum abire passus eram, ἐλευθερώσαμην. — φόβοισι propter metum. Cf. supra 712. Brunck. ad Antigonen 1195. — v. 532. Bothe legit ἢ pro vulg. ἐν, quod locum non habeat. Quidni? Significat *inter* hunc malorum strepitum? dum insaniebam? — v. 534. Bothe iis, quae Porson. ad Euripid. Med. 863. de conjunctione γέ τε apud Atticos haud solenni monuit, obtemperans corrigit πρέπον γέ τ' ἂν ἦν. Cod. Paris. 2794. πρέπον γ' ἂν ἦν δαίμονος τοῦ 'μοῦ τόδε. Mosqu. b. consentit. Sed πρέπον non regit genitivum, qui pendet ab omisso πρᾶγμα. Mirum ni daemonis, a quo exagitor, proprium fuerit facinus.

v. 535. Itaque puero cavi i. e. intenta fui, ut hoc ab ipso arcerem. Solenne ἀρκεῖν τὶ τινί. — ἔθου, adhibuisti.

v. 537. Ald. et Codd. τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδε. in quo ὡς et ingeminatum ἂν suspicionem movebat. Hubert van Eldik, Batavus, ad Eurip. Iphig. A. 1463. Tragici manum restituit. — ἐκ τῶνδε, postea, dehinc. Bothe emendat: τί δῆτά γ' ὡς ἐκ τοῦδ' ἂν ὠφ. σ. Quid, amabo, quod illum attinet, tibi prosim?

v. 540. παρουσ. ἔχ. i. q. παρεῖναι. Igitur quid cunctatur praesentiam sui facere, praebere, i. e.

praesto adesse? — μὴ οὐ per synizesin tamquam una syllaba pronunciatur.' Sic ἐπεὶ οὐ tamquam dactylus in Philoct. 446. ἢ εἰσόκεν tamq. dactyl. Homer. Il. V, 446.

v. 543. λελειμμ. cum genitivo. Inclamasne jam venientem, an voce tua destitutum i. e. acceditne vocatus, an vocem tuam non exaudiit?

Oratio Ajacis a vers. 545 — 582. pietatis in filium et uxorem plenissima nos adeo tenet devinctos, ut aegritudo ex ejus miseria increscat. Cf. Virgil. Aen. VIII, 514.

v. 545. αἶρ. i. q. πρόςφερε. — νεοσφ. φόν. pecora recens mactata conspiciens. In quibusd. Libr. νεοσφαγῆ τοῦτόν γε. — τὰ πατρόθεν, in quo τὰ fere abundat. ὠμ. ἐν νόμ. ad crudos patris mores tenerum domari, fingi oportet. Significatio primae vocis in πωλοδαμνεῖν (pullum equinum domare) exstincta est. — φύσιν sc. κατά. similem fieri ingenio. — οὐ κακ. ita haud evadas vir ultimae sortis.

v. 552. ζηλοῦν ἔχ. beatum te praedicare possum. — 553. Bothe ἐπαισθάναι.

v. 554 et 555. Sens. „In eo, quod nihil adhuc intelligat, aetas puerilis jucundissima est usque ad illud temporis, ubi gaudere ac dolere quis discat.“ Sic versus praecedentes consentiunt. At Codd. et Edd. omnes post hunc versum istum exhibent:

τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.

Stobaeus, qui sententiam excerpsit, eum omisit. Cf. Valckenar. ad Hippolyt. 247. Illud γὰρ repetitum, Stobaei auctoritas, nexus sententiarum hunc versum supposititium esse arguunt. Ajax enim pueritiam cum reliqua hominis vita comparatam ob mala, quae seriore aetate ipsi acciderant, adspectu filii commotus vehementer laudaturus est, non vituperaturus ὡς κακὸν, moderationis causa tantum ἀνώδυνον addens.

Nam, quum eo aetatis perveneris, inquit, ubi gaudere et dolere didiceris i. e. laeta amaris mutantur, tibique etiam cum adversis cujuscunque generis pugnandum sit: tunc opus erit, ut inimicis ostendas, qualis a quali patre eductus sis. Cf. 271 — 275. Quare eges educatione generosa, qualis obtigit patri." Ita omnia cohaerent. Cf. 132 et 133. Animo aegre concipio, qui tandem Benedictus hunc versum eo cum studio defendere potuerit, ut dicat: equidem putem, injuria affici egregium poëtam, si hoc versu non inepto privabitur.

v. 558. κούφ. πνεύμ. levibus auris, secunda aura pueritiae hilarioris. Translatio a plantis deducta, quas lenes mulcent aurae, zephyri. Similis loc. in Trachin. 144—150. Catull. 63. — ἀτάλλ. delicate nutriens, fovens. Vox de pueris ex Hesiod. et Homer. notissima. i. q. σαίνων καὶ σκιρτῶν. — Ante χαρμον. subaudiend. εἰς.

v. 561. στυγ. λ. odiosis contumeliis. — χωρὶς ἐμοῦ ne quidem a me absentem. — οὐ ὑβρίσ. gl. ἀτιμάσει.

v. 562. πυλωρ. janitorem (ὤρα et πύλη) per translationem pro παιδαγωγὸν unaque ὀρφανιστήν. Ita *custos* in Horat. art. 161. Nepos Dion. 4. — ἀοκν. ἔμπακ' (ἔμπαξ ab ἐμπάζομαι), educationis sedulum curatorem. Schaef. haud male mutavit in ἔμπα κεῖ. Nam φύλακ. jam adfuit. — εἰ τανῦν τηλωπ. etsi nunc quidem procul absit, dum hostes venatum ivit. θήραν ἔχ. pro θηρῶν. τηλωπ. longinquum spectans, et e longinquo spectatus. Orph. Argonaut. 898. Quum Scholiastes testetur, in nonnullis libris scriptum fuisse τηλουργὸς, Musgr. legi jubet τηλουρὸς ab ὅρος et τῆλε. Aeschyl. Prometh. 1. Hesych. τηλοῦρος. — Scholia habent φρουρὰν male pro θήραν, quod docet supra vers. 343. λεηλατήσει.

v. 565. ἀσπιστ. viri clypeati, bellatores. κοινὴν χ. communem gratiam, ut et vos ipsi hoc una curetis. — ἐπίσκ. graviter inculco, mando, ἐντέλλομαι, προςτάττω.

v. 569. Ἐρίβοιαν Schaefer legit aeque bene. Sed absque Codd. auctoritate. De Eriboea v. Pindar. Isthm. VI, 67. Diodor. Sic. L. IV, 317. Hygin. fabb. XCVII. Schol. Homer. Il. II, 14. Heyne ad Apollodorum. — δείξει. Futurum post ut finale amant Attici.

v. 571. Donec penetralia Orci subeant, μέχρις οὗ θάνωνται. Bothe post μέχρις illud οὗ omisit, quo versus durior fieret. Codd. probatissimi cum Schol. habent.

v. 572. ἀγωνάρχ. certaminum praesides, qui de victoria judicabant. Certamen de clypeo Achillis ei in mentem recurrit.

v. 573. λυμεὼν, perditor, pestis. Schaefer dubitanter proponit μήτε λυμεὼν ἐμός. Sed articulus ὁ Ulyssem δείκνυσι. τὸ μὴ vetans h. l. cum futuro indicativi construitur.

v. 574. ἐπώνυμ. sens. transitiv. *quod* te cognominat, a quo cognominaris. — πολυῤῥ. multiplici ansae vel loro clypei sinistram insertans. Vid. Schneider Lexic. sub voce ὀχάνη. — στρέφ. vibrans, exquisite ac vivide pro φέρων. — ἑπταβ. Virgil. Aen. XII, 925. de clypeo Turni. De hoc Tychii opere v. Liban. Declam. XXXI. Himer. Orat. V. 9. Ovid. Metam. L. XIII, 2. Ajacis scutum πόρπακα habuisse Eustathius negat p. 995. 19.

v. 577. κοίνα pro adverbio κοινῶς, i. e. ὁμοῦ, σὺν ἐμοί. — ὡς τάχος, ὡς τάχιστα.

v. 579. πάκτον. Codd. omn. habent δῶμ' ἀπάκτου ex errore librariorum in distinguendis vocibus. Eustath. lectionem textus agnoscit, addita interpreta-

tione, σύγκλειε ἀσφαλῶς, domus obsera portam. Brunck. At Bothe post πάκτον commate interpunxit. Gravitas autem loci distinctionem majorem requirit. — ἐπίσκηνη. i. e. ἐπὶ σκηνῇ, in tentorio. — φιλοίκτ. ad misericordiam, ad lacrymas pronissima. Supplendum χρῆμα. Ita Virgil. Aen. IV, 569. varium et mutabile semper femina. — πύκαζε θᾶσσ. quam primum claude fores, aditus. Bothe: valet idem quod πυκάζου, καλύπτου, *ocius te abde.* — πρὸς abesse posset, sed non abundat. Significat, ut supra vidimus, τὸ καθῆκον, *officium.* Ita sensus erit: non est sapientis medici.

v. 582. θρηνεῖν pro θροεῖν ex voluntate Brunckii Bothe optimo jure restituit. Cod. Paris. 2794. adstipulatur, vel ᾄδειν legisse videtur. Foret id. q. ἐπᾴδειν. Sic dicunt λέγω λόγον. — ἐπῳδ. h. l. carmina magica, incantationes. — τομῶντ. (τομάω) cultrum poscenti, sectione egenti vulneri. Bothe cum Scholiaste et Cod. Paris. 2794. recte praefert τραύματι vulgat. πήματι. Eadem imago saepius repetita. Horat. Sat. 1, 2, 14. Cicer. Tusc. Quaest. IV, 26. quae resecanda erunt, non patiar manere. Id. ad Attic. II, 1. non minus probanda medicina, quae — exsecaret.

Inde a vers. 583 — 596. Chori et Tecmessae anxietas desperationi Ajacis opposita legentium animos mirum in modum excitat.

v. 583. προθυμ. animi ardorem. — τεθηγ. (a θήγω) lingua acutior, exasperata. — v. 585. Cod. Paris. 2794. δρασείας. — v. 586. σωφρον. i. e. μὴ ἀτακτεῖν μηδὲ περιεργάζεσθαι. v. 587. Bothe, ὁμῶς ἀθυμῶ pro οἴ μ' ὡς. Perperam. — προδοὺς γένῃ. ne nos proditum eas.

v. 590. ἀρκεῖν. gl. ἀντὶ τοῦ ἐπαρκεῖν, τουτέστι βοηθεῖν, ὑπηρετεῖν. Desperata omni salute, tam-

quam si e vita jam excessisset, nihil se deis σωτῆρσι debere, ait Ajax. Ita sens. erit: *annon vides, nihil me debere diis, quod quidem iis praestem?* Virgil. in Aen. XI, 51 et 52. ubi videatur Heyne, locum expressit, dum Aeneas mortuum Pallanta deflens ait:

Nos juvenem exanimum, et nil jam coele-
stibus ullis
Debentem vano moesti comitamur honore.

In fine versus interrogandi signum poni debuit. Brunck. — ὠφειλέτης infinitivo subjecto. Idem habetur in Eurip. Rhes. v. 968. Musgr.

v. 591. τοῖς ἀκούουσιν, qui talia audiunt, curant, iis dicas. — θροεῖς, garris.

v. 593. ξυνέρξ. quin concluditis illam ocius? — μαλάσσου, molliri te patiaris. Est verbum coriariorum.

v. 594. Jungas φρονεῖν μῶρα i. e. μωρῶς. Nae stulta mihi esse videris, si meos mores jam tandem vel nunc demum fingere cogitas. Admonet proverbii.

Tecmessa abit in suum tentorii cubile; Ajax ad strages animalium iterum se aufert. Tum Chorus decantat θρηνῳδημα flebile, mediis rerum actibus eximia cum arte immixtum, cujus numeros saltationi tragicae aptissimos nunc exponere liceat.

Metrum Chori a vers. 596 — 646.

In *Strophe α'*.

v. 596. Glycon. hypercatalect. — — — ᴗ | ᴗ — ᴗ — —.

v. 597. Antispast. dimet. prima sede pro spondeo anapaestum usurpans, ut saepius. — —́ v v — | v —́ — —. vel Glycon. catal. cui Molossus (sive Creticus) additur, ut infr. 1198 et 1191. — —́ v v — v —́ — —

V. 598. Anacreontic. forma Jonici a majore. —́ —́ v v | —́ v — — —. imo Glyc. hyperc. V. 599. Penthemim. jambica. — V. 600. Glycon. anacrusi pro basi posita — — v v — v —. Vers. 601. Dochmius. — — — — —. Vers. 602. Jambus trium pedum sive ischiorrhogicus — — v — — —. Vers. 603. — — v — — —. Vers. 604. Penthemimer. Trochaica. — v — v —. Sed huic trochaico, Hermann. inquit, qui in Antistrophe respondet, in secunda sede habet spondeum, quod fieri non potest. Itaque sic versus constituendi:

αἰὲν εὐνόμᾳ χρόνῳ τρυχόμενος

in *Antistrophe:* πένθος εὕρηται· τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν.

Ita ex duobus versibus trochaicus trimeter brachycatal. factus est, cujus ultimus pes in anapaestum sive tribrachyn exit. Glycon. pol. gen. ab initio auctum. — Vers. 606. Choriamb. cum basi. v — | —́ v v —. Vers. 607. Dochmius, in fine cum Paeonico junctus. v v́ v v́ v v — | v́ v v v v. V. 608. Ultima Sapphici pars. v v —́ v —́ —. Quaedam adhuc de Bothii emendat. notanda sunt. In vers. 602. fecit anapaestum dimetr. brachycatal. ita corrigendo: λειμωνίδι μηλοπόᾳ. Sed quo jure? — In vers. 603. ita correxit: Ἀνήριθμος αἰὲν εὐνώμῳ ut similis fieret versui 597. — Versus 605 et 606. ab ipso in

unum coadunati, ut duo choriamb. cum basi trium vel quatuor temporum prodeant. — — — — v v — — — — v v —. Vers. 607. usque ad τὸν ἀπότροπον progreditur, ut unus sit dochmius. Quae reliqua sunt, Glyconium hypercatalecticum solutis fere longis efficiunt, quod affectum exprimat. Ad vers. 614. in Antistrophe Bothe observat: pro ἐν esse legendum εἰν. Sed adest dochmii forma trochaica v — v — v. Vers. 613. finitur voce θουρίῳ. Vers. 615. post οἰοβότας, ante quod γ' omissum est. Vers. 616. hic est: φίλοις μέγα πένθος εὕρηται. Vers. 618 et 619. unum efficiunt. Vers. 620. post ἀφίλοις conclusus est, ut cetera versum 621. expleant; sed ν post ἔπεσε deletum.

In *Strophe β'*.

Vers. 622. Jambic. dimet. brachycatal. vel ischiorrhog. At Bothe μὲν sequenti versui annumeravit, ut penthemimer. jambica exoriretur. V. 623. Choriambicus, Glyc. simil. cui in Antistrophe β'. choriambus in dijambum mutatus respondet. Bothe tamen ob adjectum μὲν habet Anacreontic. forma Jonici a majore. v — vv — v —. V. 624. Penthemimeris jambica. Vers. 625. similis versui 623. qualis in textu Bothii adest. Glycon. polysch. — — v v — v — —. Vers. 626. Dochmius hypercat. in unam syllabam. v v v — v — —. Bothe legendum esse suadet tamq. Anacreont. forma choriambi. Vers. 627. Dochmius. Bothe adjicit ex seq. versu οὐδ' οἰκτρᾶς γόον, ut dochmiaci adsint. V. 628. Dochmaici. — — — v — | v — v v — —. Ultimus foret trochaicus. Verius Choriambicus dimet. hyperc. — — | — v v — | v — v — —.

Apud Bothium ὄρνιθος, ἀηδοῦς totum versum complent, ut anapaest. hypercatalect. adsit. Nota, τὸ ι in ὄρν. longum esse. V. 629. Choriamb. hypercatal., imo Pherecrateus. ———vv——. V. 630. finis Sapphici vers. vv—v——. Ex utrisque unum composuit Bothe, ut legatur Choriamb. trimet. catal. cum basi 3 vel 4. temporum. ——— vv ——vv—v——. Vers. 631. Pherecrateus. ———vv——. V. 632. Pherecrat. V. 633. Dactylic. pentameter. catalect. in dissyll. ut supra 224 (225) et 248 (249) in syllabam. ——vv—— ——vv——. Bothe legit ἄμυγμα, ut hendecasyllab. elegiac. existat ———vv—v—v——. In Antistrophe v. 634. finitur post Ἀΐδα in Bothii textu. V. 635. ita legitur: κεύθων ἄνοσος μάταν. V. 639. sibi vindicat ὀργαῖς ἔμπεδος ex seq. versu. V. 640.: ἀλλ' ἐκτὸς ὁμιλεῖ. ——vv——. Vers. 641 et 642. iterum unum constituunt. Vers. 645. τὸ γ' inter ἄτερθε et τοῦδε deletum.

Argumentum Strophes α'. inde a vers. 596—609. O Salamina patria, semper tu beata: ego vero miser satis diu circa Trojam aerumnis contritus detineor, quem et exspectatio mortis in terra hostili minitantis anxium habet. — Antistroph. a vers. 609 — 622. Ac mihi assidet Ajax, olim victor in pugnis, gloria excellentissimus, eheu! nunc mente lapsus, amicis ingens luctus; nec ulla rerum ab ipso gestarum maximaeque virtutis est gratia apud ingratos, apud miseros Atridas. — Stroph. β'. à vers. 622 — 635. Sed enimvero mater ejus longaeva, quando haec audiet, nonne infelix lamentis se lacrymisque dedet? Mehercle planget pectus, canasque laniabit comas. — Antistroph. a v. 635 — 640. Imo certe satius est, mori heroa nobilitate praestantissimum,

at immedicabili morbo infestatum nec amplius indole innata constantem. O! miser genitor, qualis nuntius te manet calamitatis, quantam nemo hucusque tulit ex Aeaci familia, hoc Ajace excepto.

v. 597. ναίεις, ναιετάεις, non sensu passivo, sed activo pro κεῖσαι, tu sita es, tu quidem sedes, respectu quietae felicitatis. Est vox Homerica ex Iliad. II, 626. Νύμφη insulae proprie ναίει. — ἁλίπλ. (πλαγκτὸς), quatenus mari adluitur. Cf. supr. vers. 134. et Philoct. 1. — περίφαντ. cunctis spectabilis, cognita, illustris. — αἰεί, ex antiquissimo inde tempore.

v. 600. Proprius ordo verborum fuisset: παλαιὸς ἐστὶ χρόνος ἀφ' οὗ ἐγὼ ὁ τλαμ. μίμν. ἐν Ἰδ. et cet. pro quo Noster per attractionem sive parenthesin ex duabus propositionibus unam fecit. Omnia valent πάλαι, χρονίως, jam dudum. Nam ducitur bellum, χρονίζεται ὁ πόλεμος. Sic in Eurip. Phoen. 1350. ἀλλ' οἴχεται μὲν σὴ κασιγνήτη πάλαι.

v. 602. λειμ. ποίᾳ, in pratensi gramine pro: in gramineis pratis, λειμῶνι ποιανθεῖ, i. e. circa Trojam. λειμὼν enim (a λείβω) est irriguum pratum, et ποία, ποίη, πόα (πόω, πίνω, βόσκω. Virgil. Eccl. III, 111. sat prata biberunt.) gramen. Brunck. ποίᾳ. Sic membr. et pleriq. alii Codd. Schaefer: si recte habet, scribendum ποιᾷ. Vid. append. ad Bastii Epist. Critic. p. 31. Apud Faehse, in Sylloge: Cod. 2712. vers. ita script. λειμωνίᾳ ποΐᾳ μήλων. Bothe ex utrisque Baroccian. λειμωνίδι et etiam e Cod. Jenens. πόᾳ repetiit, et, quod μήλων pro glossemate habebat, novam nec auditam vocem μηλοπόᾳ creavit, ut metro suo more prospiceret.

v. 603. ἀνήριθμος, ἀνάριθμος h. loc. sensu passivo, qui nullo sum in numero, οὐδενὸς λόγου ἀξιούμενος, parvi aestimatus, contemtus. Nam socius

est Ajacis in malis. Contraria significatio legitur in Horat. Ep. 1, 2, 37.: Nos numerus sumus. Sensu activo invenitur in Electr. 232. ἀνήριθμος θρήνων. Bothe adverbialiter sumit, *sine modo*, fine, *continuo*.

v. 604. εὐνόμᾳ (νομή.) in herbido, pabuloso, pascuoso prato, Dorice pro εὐνομῷ. Cod. 2794. εὐνώμᾳ. suprascr. εὐνόμᾳ. Cod. 2712. vers. ita exhibet ἀνάριθμος αἰὲν εὐνόμᾳ. M. et Bothe, qui Cod. Jenensi debet, praefert εὐνώμῳ i. e. εὐκινήτῳ *volubili*, celeri (?). Melius reddit *volventibus* annis, quod refert ad χρόνῳ. At trochaici metri ratio hoc non flagitat, neque offendit ἀνήριθμος, *ego inhonoratus*, inter ποίᾳ et εὐνόμᾳ tamquam repetitio affectus plena bene inserta. In lyrico carmine talis transpositio placet. Illud εὐνώμῳ foret otiosum, quum hoc epitheton egregie concinat. *In regionis amoenitate tamen temporis mora conficior*.

v. 605. χρόνῳ segni mora. Sic χρόνον ἐμποιεῖν τινὶ dicunt. Cod. 2712. exhibet vers. sic: χρ. τρ. κακ.

v. 606. ἀνύσ. scil. ὁδὸν εἰς ᾅδαν. Cf. Antig. 805. Oedip. Colon. 1562. Imo vertendum est: me lucraturum esse Orcum. Ita Stat. Theb. IX, 779. moram fati lucrari. — Cod. 2712. versum hunc exhibet: Ἐλπ. ἔ. ἔ. με 'πανύσειν.

v. 607. ἀπότρ. (ἀποτρέπω), *secretum*. Vid. Virgil. Aen. VI, 478. Homer. Odyss. XIV, 372. Vel *a quo* te avertas, *detestandus*. Cod. 2712. ex vocib. τὸν ἀπότροπον versum fecit.

v. 608. ἀΐδηλ. invisum, καταχθόνιον, nam δυςέξοδος sive ἀνέξοδος ἐστὶ Ἀχέρων. Virgil. Aen. VI, 127. Vel *tenebrosum* ob noctem profundam. Mors in terra inimica quam maxime timenda militibus erat.

v. 610. ἔφεδρος proprie ἐστὶ, ὅταν τινῶν παλαιόντων ἕτερός τις ἀναμένει τὸν νικήσαντα παλαίσειν. sec. Schol. ad Eurip. Phoeniss. 112. Igitur h. l. non simpliciter pro *assidet* sumendum est, sed qui in speculis est, *opportunitatem quandam speculaturus*, ut gravius quid inde metuendum sit. Martial. V, 24. vocem reddidit *supposititius*. — ξύναυλος (ab αὐλὴ, non ab αὐλὸς) i. q. συνοικῶν, habitans cum, persistens in, correptus insania divinitus immissa. Sic Cicer. Tusc. V, 24.: animus cum curis habitat. Valer. Max. VI, 9, 1. animus hujus non habitavit in nequitia.

v. 614. κρατ. i. q. νικῶντα. — Ἄρει, in proeliis. Cf. 205 sqq. et 364 sqq.

v. 615. οἰοβότας (οἶος et βόσκω). gl. ἤγουν ἀποπλανηθεὶς τῆς φρενὸς· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πλανηθέντων προβάτων καὶ μόνων βοσκομένων. οἶος enim, ut μόνος pro οἰούμενος, ἐρημούμενος, μεμονωμένος φρενὸς, ἄνευ φρενὸς, qui de sana mente aberravit, non amplius animo pascitur, cujus νοῦν αἱ ἐλπίδες οὐκ ἔτι βόσκουσι. Triclinii pravam scripturam οἰωβότας Turnebus sequutus est. Particulam γ' post φρενὸς ob metrum insertam non agnoscunt Codd. nec Aldus.

v. 617. εὕρηται, luctus inventus est, luctum nobis amicis importavit. Cod. Paris. 2794. εὑρέθην. Si ultimam literam deleveris, propter εὐνόμᾳ in vers. Strophico numeris haud male consultum erit.

v. 618. τὰ πρὶν. pristina virtutis opera. Eurip. Phoen. 477. κακὰ τὰ πρίν. — ἔπεσ. ingrata cecidere, non amplius ullam gratiam inveniunt. Cod. Paris. 2712. contra metrum ἔπεσεν, ἔπεσεν. — Paulo ante Ald. et vett. Codic. χερσὶ μέγιστ' ἀρετᾶς. Contra numeros.

v. 621. ἦ πού μὲν, ac profecto quidem. — ἔντροφος, ἐνοικοῦσα παλ. ἀμέρ. (Eurip. Phoen. 554.) i. e. παλαιότητι, γήρᾳ; igitur pro γηραιά, γηράσκουσα, senescens. Quare supra 570. Eurysaces γηροβόσκός, qui ejus senectuti olim alimenta praebiturus esset, appellabatur, ut Eteocl. et Polynices in Eurip. Phoeniss. 1457. — λευκῷ, albo propter canos, ut in Phoeniss. 334. λευκόχροα κόμην. vel imbecilli, infirmae senectuti, quod color albus valetudinis infirmae proprius esse solet.

v. 626. φρενομόρ. i. q. φρενοβλαβῶς. Musgr. Derivandum a μόρος, φθόρος, νόσος ap. Hesych. Melius quidem foret φρενομώρους, quod Aldus habet; at metro haud congruum.

v. 627. αἴλινος proprie carmen erat, quo mortem Lini deplorabant ab Apolline (Hercule) caesi; simpliciter etiam Linus dictus. Vid. Pausan. IX. p. 766. edit. Kühne et Herodot. II. c. 79. p. 140. edit. Wessel. Hoc loco vertas: lamentationem edet.

v. 628. Hos vers. Eurip. in Phoeniss. 1538 sqq. sequutus est. — ἀηδ. intelligit φιλομήλην, lusciniam, οἰκτρ. (οἶκτος, οἰκτέω) lugentis. In Trach. 963. ὀξύφωνος ὡς ἀηδών. — ὀξυτόν. ᾠδ. clarum lugubre carmen, catachrestice pro *ejulatus*, στονόεν μέλος. Oppian. Cyneg. II, 548.

v. 629. ἥσει (ἵημι), ἀφήσει, edet. Solenne quidem de voce; at magis arridet ἄσει in Cod. Par. 2794. ubi suprascript. ἀφ', quod corrigere voluit ἄσει in ἥσει pro ἀφήσει. Cod. 2712. exhibet ἥσει suprascripto 'φήσει. Aequalitatem soni in vocib. ᾠδ. ἄσει noster amat. Post δύςμορος haud necessario signum interrogandi ponitur; nam οὐκ antecedens pro οὐ μόνον adhibitum est, cui opponitur ἀλλά.

v. 632. ἐν στ. πεσ. pro ἐμπεσοῦνται στερ. per tmesin. — δοῦπ. χερ. (πλήσσω) i. e. χειροτυπεῖς pro

πλήγματα τῶν χειρῶν σὺν δούπῳ. strepitus e planctu manuum in pectora incident pro: pectora illiso sonabunt contusa planctu, ut in Senec. Thyest. 1045. Planctuque sonante pectora verberabit. — ἀμύγμ. laniatus. Verbum praegn. ἐμπεσ. etiam huc referendum est hoc sensu: *evenient* i. e. canos laniabit digitis. Similis loc. in Trach. 230.

v. 634. Pro κρεῖσσον γὰρ ἂν εἴη, αὐτὸν κεύθειν sensu passivo, κεύθεσθαι, καλύπτεσθαι. Melius de ipso agatur, si condatur in Orco, ὑπὸ σκότῳ· σκότος γὰρ περιβάλλει τὸν θανόντα, morientis lumina nocte clauduntur. Sophocl. Antig. μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν. Oedip. tyr. 977. θανὼν κεύθει κάτω δὴ γῆς. — ἢ νοσῶν μάταν pro νοσεῖν μάτην, quam aegrotare frustra, sine spe, ipsum ad sanam mentem unquam esse rediturum, ἀκήλητον νόσον. Alias enim sunt morbi viae quasi ad valetudinem restaurandam. Rectius explicabis νοσεῖν μάτην per ματαίως, falso, temere, μάψ, οὐ κατὰ κόσμον, νόσον ματαίαν, ματάζουσαν, ματῶσαν, μωρὰν, aegrotare morbo vano, imaginoso i. e. insania. Nam in Oed. Tyr. 891. ματάζων est *insipidus*, ut in Ajac. vers. 1162. ἀνδρὸς ματαίου. Cf. Trachin. 945. Quare mirum, cur Bothe correxerit ἄνοσος μάταν, quod reddit: immedicabili morbo agitatus. Cod. 2794. male μάτην, nam melica legimus.

v. 637. Brunck. ita: ἄριστος. Haec vox nec in Aldina nec in Codic. veterum ullo comparet. Eam Triclinius se reposuisse fatetur ex antiquissimo exemplari. Elegantius esset ἄριστα, quod e Scholiaste assumi poterat. ἥκων, ut εὖ ἥκων etiam simpliciter cum genitivo jungitur, ut γένους, φύσεως, δυνάμεως. I. q. εὖ ἔχων. Proprie ἀνήκων εὐγένειας καὶ ἀρετῆς ἐς τὰ μέγιστα sive ἄριστα, qui in nobilitate ac virtute optimos fecit progressus, generosita-

te praestantissimus. — ἄριστος abest ab Aldin. et Codd. — πολυπόνων, πολυμόχθων, πολλὰ παθόντων ἄλγεα, epitheton more Homerico. *Inter aerumnosos Graecos.*

v. 639. συντρόφ. cum disciplinae lacte suctis moribus i. e. sibi non constitit. ἐκτὸς, insanus versatur extra hanc mentem innatam. Cf. 183. In Philoct. 904. ἔξω τοῦ φυτεύσαντος. Euripid. Bacch. 853. ἔξω τοῦ φρονεῖν. Cf. Philoct. 874 sqq. Contrarium est ὁμιλεῖν ὀργαῖς, ut παιδείᾳ, φιλοσοφίᾳ, τοῖς πράγμασι.

v. 641. Ord. verb. hic. οἵαν δύσφορ. ἄτ. παιδ. πυθέσθαι (quae nominativi locum obtinent) μένει σὲ, ὦ τλᾶμ. πάτ.

v. 644. ἔθρεψεν, τέτληκε, εἶχε notione incrementi adjecta. Sic in Trachin. 107. δεῖμα τρέφουσαν.

v. 645. αἰὼν, aevum, aetas, γένος, periphrasis personae, cui inserviunt et βίος (in Oedip. Col. 1353.) et alia substantiva. Proprie dicendum fuisset: οὔπω τις Αἰακιδᾶν ἀφ' αἰῶνος, *ab hominum inde memoria.* et cet. — ἄτερθέ γε τοῦδε. Insertam ob metrum a Triclinio particulam omittunt Vett. Codd. et Aldus.

ACTUS TERTIUS.

a vers. 646—866.

SCENA PRIMA.

vers. 646—692.

v. 646. Ajax cum uxore in scenam redit, et ex indole ac more hominum, qui extrema animo agitant, orationem habet, qua consilium tegat, spemque sereniorem excitet. Sic via ad περιπέτειαν sive καταστροφὴν aperitur. — ἀναρίϑμ. cf. Trach. 247. — φύει. Sententia: nihil non rerum humanarum adhuc reconditum, quod haud exspectes, tempus progignit; nihil non, quod occurrat, iterum abdit. I. e. quidquid fieri posse crediderim, quum, olim propositi tenacissimus, nunc ab hacce uxore mea sim emollitus. Cf. Horat. Od. III, 29, 30. Quod hora vexit et cet.

v. 648. ἀελπτ. quod quis fieri non credat. — ὅρκος, jurejurando sancitum et pertinaciter captum consilium superatur, ad irritum revolvitur. Etsi haec lectio bonum habeat sensum, Bothe tamen emendat ὄγκος, magna mentis elatio. — περισκ. (σκέλλω, arefacio) aridus, durus; hinc per translationem de mentis obstinatae rigore; ἦθος περισκελές.

v. 650. ἐκαρτέρ. qui hucusque gravissima quaeque pertuli, qui ad fortia obdurueram. Alias enim ἅπαντα τολμῶσι δεινὰ φαίνεται, ὅταν δι' ἐχθρᾶς ποῦς ἀμείβηται χθονός. Quare et Ajax 205. ὠμοκρατὴς appellabatur. Verbum regit accusativum. — τότε pro ποτὲ, dudum, quondam. — βαφῇ ut ferrum aqua duratur. „Hoc ferri duramen jam Homero Odyss. IX, 393. notum erat. Cf. Plin. h. n. XXXIV, 15. — ἐθηλ. (θῆλυς) emollitus sum κατὰ τὸ στόμα. Ita θηλύνεσθαι δακρύοις in Nicetae annal. 10, 8. Ast celeberr. Scholiastae variam monet lectionem ἐπηπεόλησ' ἔπη e vers. 312., quam equidem pro glossemate illorum ἐθηλ. στόμ. habuerim.

v. 655. παρακτ. λειμ. ut in prato litorali aqua marina me purgem in eluendis piaculis efficacissima. Vid. Musgr. ad Iphig. Taur. 1201. Virg. Aen. IV, 635. Dic corpus properet fluviali spargere lympha. „Igitur etiam Dido novis praetexere funera sacris conata. — λύμαθ' piaculo solutus, purificatus. — ἐξαλύξ. effugiam iram Minervae. Cf. 450. Ald. et Codd. pleriq. ἐξαλεύσωμαι. Glossa: φυλάξωμαι, ἐκφύγω.

v. 659. γαίας sc. ἐκεῖ, ἐκεῖσε, quod regit genitivum. — σωζόντων tert. plural. imperativ. forma Attica pro σωζέτωσαν, κρυπτέτωσαν. Instrumenta, quibus scelus commissum erat, ruperunt aut e conspectu omnium sustulerunt, et in viscera terrae condidere. Vid. Hercul. fur. Senec. 1230. Livium VIII, 10. Signum defodi et piaculum hostiae caedi. — ἔγχος i. q. ξίφος, gladium, ensem. Apollon. Rhod. IV, 696. Trachin. 986., Electr. 438 et 700. Cf. supra 577.

v. 661. ἐδεξάμ. χειρί. Schaefer citat Homer. Il. 1, 596. De hoc vocis χεὶρ abusu vid. Lobeck. ad

vers. 308. Sophocl. Antig. v. 43. in Add. p. 141. edit. Erfurdt. minor.

v. 663. κεδνὸν (κεδανὸν, κέδω), nihil, quod operae pretium esset, nullum pro egregie factis pretium, οὐδὲν τῶν ἀριστείων, οὐδένα εὐκλείας στέφανον. Cf. 440 sqq. κεδνὰν χάριν Pindar. Olymp. VIII, 105. De re ipsa legat. Homer. Il. VII, 303. et Quint. Calab.

v. 665. Brunck. citat ex Eurip. Med. v. 617. κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. — ἄδωρ. Ejusmodi sunt ἄγαμον γάμον in Oedip. T. 1214. βίος ἀβίοτος, vita haud vitalis et alia. Cf. Ajac. v. 815 sqq. — ὑπεικτ. (ὑπείκω) adjectiv. verbale. „Itaque illis obtemperandum est." Gravis affectus subsedisse videtur.

v. 668. Alii τιμῇ pro τί μή. gl. διὰ τί οὐχί; Eodem modo Schaefer locum emendavit in Aeschyli Eumen. v. 198, quem vide.

v. 670. τιμαῖς, dignitatibus, magistratibus. Abstractum pro concreto, ut ἀρχαὶ pro ἄρχοντες. Egregii sunt monitus, quos exemplis exquisitissimis e rerum natura petitis illustrat. — τοῦτο sc. κατὰ pro τῇδε. Cf. simillim. loc. in Eurip. Phoeniss. a vers. 551 — 558. — νιφοστ. (στείβω) i. q. νιφοῦντες. — ἐκχωρ. cedunt. — αἰαν. tenebrosae, atrae. Noctis epitheton. Cf. Trach. 94 seqq. Opponit. λευκοπ. ἡμερ. Ord. verborum: κύκλ. νυκτ. αἰαν. ἐξισταται τῇ λ. ἡμ. (ὥστε) φέγγ. φλέγειν. Nam verbum regit dativum personae, cui ceditur. — κύκλ. non de luna accipias, quae non continuo lucet. Euripid. l. c. quoque memorat ἐνιαύσιον κύκλον, ὃν ἴσον βαδίζει νὺξ καὶ ἥλιος, sive annuum orbem. Itaque positum est pro νὺξ κυκλουμένη per periphrasin, nox, quae vicissim in orbem agitur. λευκοπ. sol, qui candidis in equis vehitur. Ex Aeschyl. Pers. 384.

mutuatus est noster. Virg. Aen. III, 284. Georg. IX, 426. —

v. 674. δεινὸν apud Suidam. — ἀημ. flamina πνεύμ. aëris pro *tempestas*, quae furere desinit, ut mare ventis placidum stet. Cf. Virgil. Aen. I, 142 sqq. Musgrav. reponi jubet λείων pro δεινῶν, quod in Schol. vett. haec leguntur: ἄημα πρᾶον ἐκοίμισεν αὐτόν. At, quod jam Bothe acutissime vidit, maria quoque lenibus ventis non placantur. Verum enim vero etiam Virgil. in Ecl. II, 26. cecinit: „nuper me in litore vidi, quum placidum *ventis* staret mare" ubi, *leviter succuti* et *tranquillum esse*, poëta dicere voluit, quatenus nec huc nec illuc impetum capiat. Vid. Heyne ad h. vers. Audienda tamen Bothii ingeniosa hujus loci defensio, quam Schaefer quoque tuetur. Nimirum eodem jure, quo somnus vinctum solvere dicitur, etiam tempestas cadendo τὸν τέως στένοντα πόντον κοιμίζειν dicitur. Nam pro defectu et absentia rei res ipsa stare solet. Cf. 706. et Heyn. vid. ad Homer. Il. X, 98. Ni haec placeant, legas ἐχείμασε pro ἐκοίμισε, excitat tempestas mare, ὥστε στένειν, ut antea placidum nunc fragorem edat strepatque sollicitum. — παγκρατ. i. q. πανδαμάτωρ, omnium domitor. Epitheton elegans. — λύει, ἐκλύει, solvit. — λαβ. ἔχ. nec semper devinctos habet. Ceterum illud ἐν, ubi ἐκ, quod Bothe reposuit, desideres, minime offendit. Est pro ἐν δὲ sc. τούτοις, *praeterea*, insuper, pariterque ac. Oed. T. v. 27.

v. 678. Male in libr. ex. gr. in Codic. Paris. 2712. ἐγὼ δ'. — v. 679. In libr. et apud Suid. legeb. ὅτ' ἐχθρὸς ἦμην. Nostram lection. Kustero debemus. Cf. quae Cicero in Laelio c. XVI. de sententiae parte posteriore disputat. Musgravio venustius videbatur ἦ μὴν. — Vulgo ἐχθραντέος pro

ἐχθαρτέος, quod Schaefero arrisit. — V. 684. Sens. haec igitur recte se habebunt. εἴη τάδε, jam satis.

v. 685. διὰ τέλους pro τελείως, ad finem usque, omnino, in totum plane: εἰς ἀεί, omni ex parte. Sic δι' εὐπετείας in Phoeniss. 271. pro εὐμαρῶς, εὐχαρῶς, facile. Trachin. 596. διὰ τάχους pro τάχιστα. At tunc est vox absque vi, quam ob sequ. τελεῖσθαι ei subdere voluisse noster videtur, quum soni aequalitatem eligat. Itaque interpretor: *per nuptias* te obtestor. Cf. supr. 490 seqq. Nota sunt τέλος γάμου, initia (τελετὴ) matrimonii, τέλος γαμήλιον pro γάμος, τελειωθῆναι, τέλειοι θεοί, ἥρα τελειά, Juno pronuba. Similiter dicitur διὰ πίστεως, propter fidem datam. Implores auxilium deorum conjugalium, ut propter foedus matrimoniale omnia, quae cupio, rata faciant, ut, quae exopto, sumant bona initia. — V. 688. τιμᾶτε ταὐτὰ τῇδε, eadem cum illa exsequi vobis operae pretium sit. ποιεῖτε. Ita τιμᾶν ἀρετὴν, colere virtutem pro ἐργάζεσθαι, ἐπαινεῖν σιωπὴν pro σιωπᾶν. Vers. 689. μέλειν, nostra ut curent. — ὑμῖν ἅμα. Olim lectum in nonnull. exempl. ὑπέρμεγα, ut Triclin. monet. Quare Bothe legi jubet οὐ νοσεῖν δ' ὑπέρμεγα, quum Teucer milites suos sponte studiis prosequuturus sit. At vulgat. egregie se habet. Nam prodit, Ajaci humanitatis scintillas adhuc inesse, quae spectatorum commiserationem mirum in modum excitatam alant.

v. 691. In memoriam recurrunt de morte illacrymabili loca ap. Horat. Od. II, 14. Ibid. 18. 30. 17, 10. 1, 7, 25. Ajacis verba in bonam et malam partem accipi possunt. Sed innuit, breviorem mortis viam se reperturum esse. Ajax abit cum Tecmessa. V, 787.

Metrum Chori a vers. 693 — 719.

In *Strophe* a v. 693 — 706.

Vers. 693. Jamb. trimet. — Vers. 694. Dochmius. — Vers. 695. Glycon. — — — v v — v —. Vers. 696. Glycon. non logaoedic. ut in Philoct. 1126. — v — v v — v —. Vers. 697. Hendecasyllab. Elegiac. sive Glycon. brachycatal. — — — v v — v — v — —. Vers. 698. Vers. Logaoedic. qui a dactylo in trochaeos abit, ut in Oedip. Colon. 119. 151. — v v — v — v — —. θεῶν, ut saepe, legendum pro una syllaba. — Vers. 699. Glycon. polyschematistic. Asclepiadeo simillimus — v v — v — — v — v v —. Vers. 700. Penthemimeris jambica. v — v — v. Vers. 701. Choriamb. dimet. hypercatal. ἰαμβίζων. — v v — v — v — —. Vers. 702. Ut Dochmius fiat, Hermann. Illustris illud μολὼν e versu seq. adjecit. — v v — v — | v v v — v —. Exquisitissima emendatio! — Vers. 703. Penthemim. jambica. — Vers. 704. Anacreont. forma Jonici a majore catalect. Glycon. similis — — v v — — —. Vers. 705. Asynart. ex duob. metr. penthemimeribus jambicis. v — v — — | v v — v — — vel Glycon. pol. hypial. initio auctior. Observanda, quae correxerit Bothe. Vers. 695. finitur voce ἀλίπλαγκτε, ut Pherecratius oriatur — — — v v — —. Vers. 696. qui incipit a κυλλ. tunc fit Jambicus dimeter, cujus tertia sede anapaestus! Vers. 698. concluditur voce ἄναξ, ut sit choriamb. dimet. brachycatal. ἰαμβίζων. — Vers. 699. ita legitur, μοι omisso: ὅπως Νυσ. Κυ. ὀρ — ut

evadat Glyconius. θεῶν in antistrophe foret monosyllabum. — Vers. 700. a χήμ. — ἰάψης. Hendecasyllab., Elegiacus. Vers. 701. quasi recurrit in Philoctet. 1121. — In *Antistrophe* haec notanda sunt. Vers. 715. adjicias, Hermannus jubet, ἂν εὖ — ut dochmiaci fiant, et sequens versus τέ γ' ἐξ ἀέλπτων Strophico respondeat. Ex Bothiano textu: vers. 708. finitur voce λευκὸν, et εὖ sequenti vers. additur. Vers. 711. concluditur voce πάλιν. Vers. 712. a θεῶν usque ad ἐξ — procedit. Vers. 713. ἤνυσ' — μεγίστα. — Vers. 717. Hermannus, ne syllaba desideraretur propter strophicum respondentem, emendavit Αἴας μετανεγνώσθη. et sequentem 718. ob metrum ita: θυμοῦτ' Ἀτρείδαις μεγάλων τε νείκεῶν. ubi Ajax, Chorus inquit, de insperato ab ira et contentione in aliam erga Atridas voluntatem adductus est. Bothe leg. μεγάλως τε νεικῶν, quum constet νεικέων per synaeresin contrahi posse. Etiam pro θυμοῦτ' in initio vers. habet θυμῶντ'.

Argument. Stroph. a vers. 693 — 706. Maximà exsulto laetitia. Jo! Pan, Pan, nobis appareas, ut tellurem libero pede pulsemus. Nam saltare nunc juvat. Et tu, Apollo Delie, nobis propitius adsis. — Antistr. a vers. 706 — 718. Solvit igitur nos gravi dolore Mars. Lux et spes iterum oborta arridet; nam Ajax, malorum oblitus, deorum iram expiabit. Nil non fieri posse affirmaverim, siquidem heros insperato etiam odium in Atridas deposuit, ut optima quaeque liceat sperare.

Auditorum animis hoc carmine, quod lyra ovanti chorus decantat, spes hilarior mira cum arte inspiratur, quo gravior misericordia moerorque eos postea percellat. Ejusmodi canticum etiam exstat in

Trachiniis 205 seqq. 633 sqq. et Horatii I. Oda XXXVII. simili incipit modo.

SCENA SECUNDA.

vers. 692—719.

V. 693. Ἔρωτ. Non *prae amicitia*, amore in Ajacem, ut Musgr. voluit; neque *cupidine saltandi*, ut Bothio placuit: sed ἐνθουσιασμῷ, ἔρωτι, ῥύμῃ, ὁρμῇ, quali concitus fertur ἐρωτόληπτος, ἐρωτομανής. Vel ἡδονῇ, εἰς βακχεῖον πεσών, Βακχίου νικώμενος. Constat enim, Ἔρωτα in comitatu Bacchi μαινόντος, qui proprie laetitiae dator est, una fuisse. Ὁ δ' ἔχων ἔρωτα, μέμηνε. Antigon. 790. et ἔρως de cupidine impetuosa occurrit in Phoeniss. 634. Brevi ἔφριξα ἔρωτ. est formula laetitiam summam exprimens Aristophanica. — φρίσσειν proprie de mari horrescente; de terrore injecto per translationem, ὅτι ὁ κισσὸς βακχίαν ἅμιλλαν ὑποστρέφων ἀναταράσσει χόρον Trachin. 219. Chorus horrescit Deum sentiens in pectore. Cf. Dithyr. Horat. II, 19, 5. Vertendum igitur est: *Excitor impetu Bacchico*, qualis Thyas commotis excita sacris. Virgil. Aen. IV, 300 sqq. VI, 77. — περιχαρ. totus in laetitiam effusus i. e. magna laetitia, ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύων. Phoeniss. 324—328. tripudians, huc illuc me convertens ἀνεπτόμαν, in altum evolo, *exsulto*. Est aor. 2. per syncopen pro ἀνεπετόμην a verbo ἀναπέτομαι, ἀναπτῆμι. Cod. Paris. 2794. ἀνεπτόμην. Male in melicis. Et mox perperam κολανίας.

v. 694. Πὰν, custos armentorum, deus, qui curat oves oviumque magistros. Lupercalia ejus sacra

solennia. Jam Livius 1, 5. lupercal *ludicrum* vocat. Ovid. Fast. II, 267 sqq. Sil. Ital. XIII, 326. Pan cum Faunis et Satyris Bacchi comes in mysteriorum pompis, ut feritatem hominum pristinam repraesentarent. Valer. Flacc. III, 48. eum quoque nemorum bellique potentem nominat, propter repentinos terrores panicos, quos immittere credebatur. Quare deus rusticus et militaris, laetitiae effusiori indulgens, a militibus, qui in pratis litoralibus tendebant, invocatur, ut tripudia cum choro celebret laetissima.

v. 695. ἁλίπλαγκτε. Bothe vocativum pro nominativo positum credit, et interpretatur: ὑπὲρ πελαγέων μολὼν, quod deus ex Arcadia tantum mari transmisso Trojam accedere potuerit. (Foret durum attractionis genus. V. Hermann. et Krüger. in philol. paedag. Archiv. II. Heft. edd. Seebode 1823.) Sed locus, ubi legitur. tunc jam prodit, hoc falsum esse. Praeterea Dei, ut Neptunus apud Homerum, montes et maria paucis gressibus superant, non undis innatant, magna itinera facturi. Itaque Pani haud congruum foret tale epitheton. Rectius legas et explices vocem, nimirum ἁλίπλαγκτ', spiritu aspero in lenem mutato: quod est ἠλίπλαγκτ' (a πλάζομαι), *qui juga montium pererras*, montivage, ἠλιβάται; ut Antiphon. Eustath. apud Stephanum habet. Etiam πέτρος ἠλίβατος i. e. altus in Strabone XVII, p. 420. et aliud compositum ἠλιτενὴς in Suida occurrit. Praetulerim ὑλιβάτα i. q. ὑληβάτα (ὕλη et βαίνω), *sylvicola*, illud notissimum Panis cognomen. In Athenaeo τράγος ὑλιβάτης dicitur. Ast υ in ὕλη producitur. Antispasti fierent, quorum ultimus in dijambum mutatus esset. Erfurdt. et Lobeck hoc epitheton ἁλίπλαγκτ' Pani datum esse, opinantur, quod hanc insulam (v. Aeschyl. Pers. 447 seqq.) fre-

quentare et ad fluctus cantitare solitus fuerit; unde et ἄκτιος et λιμενίτης vocatus sit.

v. 696. Cyllene mons Arcadiae, in qua Maja a Jove compressa peperit Mercurium, inde Cyllenium dictum. Pan etiam ibi Arcadibus cultus. Virgil. Eccl. X, 126. Aen. VIII, 138. Pausan. in Arcadicis, p. 652. Hic mons ille appellatur δειράς collum, quod per translationem de jugo montis usurpatur. In Eurip. Phoeniss. 216. ὑπὸ δειράσι νιφοβόλοις Παρνασοῦ. Ita collum apud Latinos, ex. gr. in Statii Thebaid. IX, 643. — χιονοκτ. nive infusa tecto montis jugo, χιονοβλήτου, niveo. Cod. Paris. 2794. emendavit χιονοτύπου, τῆς τυπτομένης ὑπὸ τῆς χιόνος. Sed contra metrum.

v. 698. χοροποί'. i. q. χορολέκτα, χωρηγὲ, tu chori praeses, qui ipsum dirigis. Agesil. apud Xenoph. II, 17. Aelian. h. a. XV, 5. χορῶν πρόξενε, qui choros exerces, choreas ducis, appareas; nam juvat indulgere choreis. — Ζεὺς est βασιλεὺς, ceteri Dii sunt ἄνακτες.

v. 699. Νύσια. Bacchica, quod Bacchus Nysaeus cognominatur a Nysa, monte et urbe in India, ubi educatus est. Plin. n. h. VI, 21. Mela, III, 7. Curt. VIII, 17. Virgil. Aen. VI, 806. Hygin. fab. 182. *Chori Nysaei* in Propert III, 17. (16.). Νύσιαι εἰσὶ αἱ ὀρχήσεις Διονυσιακαί· Κνώσιαι δὲ αἱ Κορυβάντιαι. Vulgo in Impress. perperam Νύσσια, Κνώσσια. — Cnosia, Gnosia, a Gnosso, urbe in insula Creta, hoc loco etiam pro Bacchicis habuerim propter Ariadnen Baccho amatam. Saltatus enim Bacchici tragoediam decent. Colum. X, 52. ardor Gnossius Bacchi. Ovid. Fast. III, 459. Heroid. XV, 25. Art. 1, 527. Virgil. G. 1, 222. — αὐτοδαῆ (δάω) i. q. αὐτομαθῆ sensu passivo, αὐτόματα, ὄρχησιν παντοίαν οὐκ ἐκ διδαχῆς γινομένην, ἀλλ' ἐκ φυ-

σέως· οὐδεὶς γὰρ ἐδίδαξε τὸν Πᾶνα. Igitur saltationes non arte traditas, sed naturales, vividas, ex animo progressas. Orgia Bacchi. — ἰάψῃς, προϊάψῃς, συνάψῃς, πέμψῃς, ἐμβάλῃς, inspires. Totum significat ὀρχεῖσθαι.

v. 701. Vers. ex Anacreonte notus. In Philoct. 1121. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει. Erfurdt. adjicit χαρᾶς ὕπαι, Benedict. χορεῦσαι χορεύματα, quod in Mscr. vers. 714. plura leguntur verba. Male.

v. 702. Ἰκαρ. Mare Icarium, in quo Delos, Apollinis patria, jacebat, ab Icaro, Daedali filio, dictum, Maris Aegaei in vicinia Icariae insulae pars est. Ovid. Fast. IV, 283. Metam. VIII, 195. Plin. n. h. IV, 11 et 12.

v. 704. Δάλιος, Δήλιος, Delius, Apollinis in Delo nati epitheton, ut Delia Dianae. Virgil. Aen. III, 161. VI, 12. Valer. Flacc. 1, 445. Apollo invocatur tamquam vates, qui animos implet, qui lyram et spiritus laetitiae divinos dat, qui auguriorum, citharae et sagittarum artes docet, tamquam praeses Musarum, inprimis vero tamquam παιὰν sive ἀκέστωρ, ὃς δίδωσι πημάτων λύσιν, ut contra Martem infestum Ajaci succurrisse videatur. Quapropter milites navales παιανίζουσι. Cf. Trach. 209. Cf. Aeneis Virgil. XII, 393. — εὔγνωστος, quem facile dignoscimus, *formosus*, pulcher, arcu et pharetra insignis. Homer. Il. 1, 45 sqq. Etiam tutela navium esse solebat. Virgil. Aen. X, 171. et aurato fulgebat Apolline puppis. εὐγν. quoque minus bene sic accipi possit: *quem novimus*, quem sub Troja pugnantes experti sumus, saepe invocatus, formidatus; vel quem deum magnum jam saepe pectore sensimus, in simili occasione ejus numine afflati. Bothe legere jubet εὐγνώστῳ, quod ad ἐμοὶ referatur, quatenus Salaminii cum Atheniensibus splendidissimis

θεωρίαις deum semper coluerint, ut inde Chorus ipsi bene cognitus esset. Musgravius longe aliter explicat εὔγνωστος, citans Callimachi hymn. in Apollin. 9. Ὦ 'πόλλων οὐ παντὶ φαίνεται. Sed haec omnia altius repetita esse videntur. Vocativi locum obtinet nominativus.

v. 705. εὔφρων. hilaris, exhilarans, propitius. — διὰ παντὸς pro πάντως, vel χρόνου supplendum, ut sit *semper*. Ita διὰ μακροῦ, tarde, in Phoeniss. 1086.

v. 706. γὰρ haud ejiciendum, ut loco jambi anapaestus hic sit in sec. sede. Purgold. rescripserat ἔλυσ' ἄρ', quod jambum optabat propter strophicum vers. 693. — ἔλ. ἄχ. solicitudines, dolorem, iram, νέφος, nubem, quam collegerat Mars νυκτὶ ἐοικὼς, ab oculis suis fugavit, tristia fronte serenat, tristem frontem explicuit, solvit, ut tranquilla et serenior facta sit. Mars placatus sereniori vultu nunc nobis arridet. Solenn. metaphora. Horat. epist. 1, 18, 84. Deme supercilio nubem. Vel sic locum accipias: a nostris oculis solicitudinum nubes collectas fugavit. Cicer. Dom. 10. reipublicae nubes. Ovid. Trist. V, 5, 22. pars vitae tristi cetera nube vacet. Etiam ad ἄτην coecam, Ajaci a Marte immissam trahi potest, qua nunc solutus sit heros. Brevi omnis propositio ad omnes pertinet. Et Mars et Ajax et nos serenitate majori laetamur, Dei bellatoris numine placato. Cur Martem omnium malorum et insaniae auctorem Veteres crediderint, Musgr. ad h. l. et Macrob. Sat. 1, 19. exposuere. Cf. supra 179 et sqq.

v. 709. Ord. verb. νῦν, ὦ Ζεῦ, φάος λ. εὐημ. θοῶν ὠκ. νεῶν πάρα (πάρεστι ὥστε) πελάσαι. Nunc lux salutis et spei splendida navium citarum fluctivagarum in eo est, ut appropinquet, πάρεστι πελαζόμενον, κυρεῖ πελαζόμενον. Nam πελάσασθαι regit dativum, et νεῶν pro ναύτων, ἡμῶν, ἡμέτερον po-

situm est per metonymiam. Nostra salus in eo est, ut redeat. Proprie poëta dicere debuisset: φάος κυρεῖ πελαζόμενον ναυσὶ sive νηυσίν. Vel πελάσαι transitive sumatur, ut πάρεστι valeat idem, quod ἔξεστι. Nunc navium salutem iterum appropinquare licet. Sed Musgr. plura dedit exempla genitivi a πελάζω pendentis et locum sic interpretatus est: Nunc candida et laeta diei lux adest, ut accedam (ὥστε πελάσαι) ad naves i. e. rursum poterimus libere et tuto in exercitu versari; nihil erit, quod ab odio Graecorum formidemus, placata ab Ajace deorum ira religiosis ritibus.' At Ajacis milites pars fuere navium, et Chorus cogitat de totius Graecorum agminis, in primis vero de sua ipsius fortuna reduce. Vers. 245 sqq. desperans jam aufugere navibus voluerat. Ceterum λευκὸν, candida lux, fatum candidius, quod hic color rebus laetis tribuitur. Ovid. Trist. 1, 4, 27. vultu ridet fortuna sereno. — εὐάμ. λευκ. est periphrasis pro proverbiali locutione λευκὴ ἡμέρα. Cf. 239.

v. 710. θοᾶν epitheton Homericum otiosum; quod naves nunc in litore stabant. Ita et ὠκυάλ. (ἅλλομαι) navium per mare transilientium, saltantium, undis innatantium. Sic ῥιπῇ ὠκυαλ. Oppian. Halieutic. II, 935. Alii hanc vocem deducunt ab ἅλς, ἁλὸς, laudantque ex Hesychio πέτρα ὠκύαλος.

v. 711. λαθίπ. aerumnarum oblitus πάλιν αὖ, *denuo; imo e contrario*, quum antea iratus fuisset. Sic παλίμφημος, qui prioribus contradicit. Igitur haec notio τῷ πάλιν subest: παλίμβουλος, παλίμφρων est factus, consilio mutato. Opponitur παλίμποινος. Quare λαθίποινος, qui injurias et ultionem obliviscitur, nec exigit, melius fuisset epitheton Ajacis, ni metro adversaretur.

v. 712. Cod. Paris. 2794. ἐξήνυσεν. — πάνθυτα (πᾶς et θύω) Schol. πάνσεπτα, πάνσεμνα, maxime veneranda θέσμια i. e. solennia, sacros ritus, quibus profani opponuntur. — εὐνομίᾳ, quae complectitur τὸ καλῶς κεῖσθαι τοὺς νόμους καὶ τὸ πείθεσθαι τοῖς κειμένοις, h. l. *observantia fidelissima*. Antea quasi desperans deos contemsisse videri potuit Ajax, sed tantum potuit.

v. 714. μέγας, efficax. — μαραίνει, marcidum reddit, enervat, absumit, *emollit*. Refertur ad iram Ajacis. Ovid. in Ibin. 134. leniat aut odium tempus et hora meum. Stob. Eclog. phys. LI. p. 234. Ed. Heer. haec verba citantur. Cod. Paris. Imp. 2794. (nunc Regius) et alii Codd. et Aldus addunt τε καὶ φλέγει cum glossa ἀφανίζει καὶ φανερὸν ποίει. Glossator versum 646. ante oculos habuit; at male et contra metrum. Quare Brunck. et Lobeck delevere.

v. 715. ἀναύδ. infandum, inauditum, inexspectatum. Cf. 961. Sens. nec negem, omnia nunc fieri posse. Cf. Virgil. Eccl. 1, 60 seqq. — φατίξ. (φατίζω, φάω.) nominare possim.

v. 716. ἐξ ἀέλπτων, adverbialiter pro ἀέλπτως, *insperato*. Haud dubie.

v. 717. μετανεγνώσθη (μεταναγινώσκω) cum Hermanno legas ob metrum et propter Codd. quosdam et Hesychium. Valet idem quod μεταπεισθείς, mutatus mentem, vel mente. μετανοῶν. — θυμοῦ sc. ἕνεκα respectu irae magnarumque cum Atridis rixarum. Alii, ut etiam Brunck. qui hos versus pro asynartetis ex duobus dochmaicis constantibus male habuerat, legunt θυμὸν Ἀτρείδ. Brunck. cum Scholiaste verborum ordinem ita instituit, Henricum Stephanum sequutus: εὖτ' Αἴας μετεγνώσθη (quod et Suid. exhibet, nec Brunckius repudiat, quum mini-

me necessarium sit, syllabarum numerum in versibus antitheticis aequari) θυμὸν Ἀτρ. ἐξ ἀέλπτ. καὶ μεγ. νεικ. et interpretatur ἄελπτα ita: jurgia σκληρὰ, δυςχερῆ ac proinde ἀνέλπιστα, desperata, quae componi umquam posse nemo speret. Sed quantum ἀέλπτ. distat ab νεικέων! In membranis invenitur θυμόν τ'. unde Triclinius θυμῶν fecit, quem sequutus Bothe legit θυμῶντ' — μεγάλως τε νεικῶν, *qui Atridis irascebatur vehementerque rixabatur*. Sic melius pedestria irent.

SCENA TERTIA.

a vers. 719 — 788.

Nuntius de Teucro ab exercitu Graecorum accedit.

v. 719. τὸ πρῶτον, *ante omnia*, quod Schaefer docuit. Sed non relativum est, neque positum pro ὃ vel τοῦτο. Omnis haec propositio interclusionis locum tenet.

v. 720. κρημνῶν (κρημνάω) a locis praecipitibus, rupibus. — στρατήγιον, praetorium h. l. i. q. στρατόπεδον, castra.

v. 722. κυδάζ. (κῦδος, fama) conviciis verberatur. — τ. Ἀργ. dativ. Graec. pro ἀπὸ τῶν Ἀργείων, ab Argivis. Maledicta in eum omnis Argivorum numerus conjiciebant. — ἤρασσ. feriebant, concidebant conviciis. Aristoph. κακοῖς καὶ αἰσχροῖς ἐξαράττειν τινά.

v. 725. — οὐ τις ἔσθ' ὅς οὐ scil. ποιήσειε τοῦτο pro πᾶς τις ἕκαστος, ἅπαντες, omnes ad unum. Referendum ad ἤρασσ.

v. 726. στρατοῦ, pro quo Schaefer elegantius conjecit στρατῷ. Nam vulgata lectio est ambigua et male sonans.

v. 727. ξυναιμ. i. e. ἀδελφὸν. — ἀποκαλ. sensu malo. — ἀρκέσει. Sic Turnebus ex Triclinio recte. Ald. et Codd. antiqui ἀρκέσοι. Male. Nam ex sua, non ex militum persona loquitur. Poteris subaudire λέγοντες; rectius tamen λέγω· ὡς οὐκ ἀρκέσει, ita ut, inquam, periculum lapidationis a fratre non propulsaturus sit. Verbum ἀρκεῖν totam propositionem tamquam unum accusativum regit. — καταξανθ. (a καταξαίνω) proscissus, laceratus. — μὴ οὐ per synizesin pronuntianda sunt.

v. 729. ὥστε ob ὥστε repetitum displicet. Quare Bothe rectius rescripsit οἵ τ', *nonnulli*. Nam vix omnes gladios stringere voluere.

v. 730. διεπεραιώθη. Schol. διειλκύσθη, διῆλθεν, ἐγυμνώσθη· εἰ γὰρ μὴ εἰς πέρας ἑλκυσθῇ, οὐκ ἐξέρχεται. — Verbum proprie significat idem quod διαπερᾷν, trajicere, transvehi, penetrare, pertransire. — κολεῶν. Ita membranae et plerique alii Codd. Perperam Ald. κουλεῶν. Nam metro haud congruum est. Dactylum pro jambo desideramus, minime creticum.

v. 731. τοῦ προσ. pro quo Lobeck recte restituit τοῦ προσωτάτω. Nam adverbium ita cum articulo generis neutrius conjungi solet. In Xenoph. Anab. I, 3, 1. ἰέναι τοῦ πρόσω. Bothe cogitaverat τὰ προσώτατα. Musgrav. τοι προσωτάτω. At quorsum τοι? — δραμοῦσα, ad summum progressa contentio tamen desiit. Illud δραμ. monet locutionem proverbialem. τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς sc. δρόμον vel κίνδυνον. — Praepositio ἐν, ut saepe, abundat. — ξυναλλαγῇ λόγ. commercio sermonis, compositione, alloquiis sedata. Opponitur λόγων ἔρις, ἀγών. — κυρίοις (κῦρος), non δεσπόταις, quod ad servos respicit. Paterfamilias appellabatur υἱοῦ, γυναικὸς κύριος, ut Dii κύριοι, non δεσπόται.

v. 735. ἔνδον sc. ἐστί. — φροῦδος (ὁ πρὸ ὁδοῦ γενόμενος) i. q. ᾤχετο, abiit. Vid. Homer. Il. IV, 382. et in Ajac. 743. — ἐγκαταζ. nova consilia quum adaptaverit novis moribus.

v. 739. βραδ. pro βραδύνων, βραδύτερον, tardius. — ἐφάν. βραδ. i. q. βραδυπορήσας, tardus, non velox, apparui, accessi.

v. 740. τί δ' ἔστ. Quid est tandem, quod ad hoc negotium (χρῆμα), tibi mandatum, bene exsequendum defiat?

v. 741. ἔνδοθ. στέγ. pro ἐνδόθι στέγ. ut saepe. *si domi adhuc esset.* Subaudiendum ὄντα. Cf. 735. Brunck. cum Schol. pro ἐκ τῆς στέγης, ex domus, tentorii penetralibus. At ἔξω jam adest. Bothe emendabat εὕδοντα. Jejunius. Et qui dormit, non exit. — παρήκειν pro ἐξήκειν. Gloss. ἀντὶ τοῦ ἥκειν· ἡ παρὰ περισσή. Verba composita inter se permutantur.

v. 743. τὸ κέρδ. γνώμ. pro πρὸς τὴν κερδίστην γνώμην, ad utilissimum et fructuosissimum consilium se convertens.

v. 744. Ordo verbor. ὡς καταλλ. θεοῖς τοῦ χόλου scil. ἕνεκα, ut diis se reconciliaret, in deorum gratiam se reduceret, respectu irae. Proprie ὡς καταλλ. τὸν χόλον θεοῖς. ut deorum iram cum ipsorum gratia commutaret; i. e. ut iram eorum expiaret. Sic Herodot. 1, 61. καταλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖσι στασιώτῃσι.

v. 746. Schol. ἐκ παροιμίας ὁ στίχος παρῆκται, ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει. Apud Tragicos vates, qualis Tiresias et Calchas, rebus gerendis se immiscere solent, quod in illis superstitiosis temporibus auctoritas eorum plurimum pollebat. Calchas, Thestoris filius, vates Graecorum nobilis, de quo Homer. Iliad. 1, 69 seqq. Cicer. Divers. 1, 40. Vir-

gil. Aen. II, 122 et 182. et Silius XIII, 38. legantur, post expugnatam et desolatam Trojam domum itinere terrestri repetens incidit in Mopsum augurem praestantissimum prope Colophonem, superatusque artis peritia animi aegritudine vitam finivit. Nimirum juxta Hesiodum; quot ficus a Mopso sibi proposita caprificus, aut ex Pherecydis sententia, quot suculos sus gravida haberet? hariolari non potuerat.

v. 747. εἰδὼς sc. εἶ. pro οἶδασθα vel οἶδας.

v. 749. συνέδρ. κύκλ. pro ἐκ τοῦ κύκλου τῶν συνεδρευόντων τυράνν. e circulo consiliantium dominorum, ἐκ συνεδρίας τ. τυρ. e concilio regum. — μεταστ. δίχ. solus seorsim ab Atridis secedens.

v. 750. Ord. verb. φιλοφρ. θεὶς δεξ. ἐς χειρ. Τεῦκρ. dextram suam dextrae Teucri *amanter* jungens. Virgil. Aen. I, 418.

v. 752. παντ. τέχν. omni arte, omnibus modis. — τοὐμφαν. per huncce nunc lucentem diem.

v. 755. ποτὲ, si ipsum *posthac* vivum i. e. sospitem videre vellet.

v. 756. Oratio directa, ut in re graviori. — Schaefer. τῆδ' ἔθ' ἡμέρᾳ. Lobeck. τῆδ' ἐν ἡμέρᾳ.

v. 757. ὡς ἔφη λέγων, sicut loquens affirmabat, verbis expressius dicebat. Pleonasmus nuntiorum. Pro his Bothe rescripsit ἀσοφίαν φλέγειν, *ut insana comminiscatur*, e vers. 196. At eadem verb. abundantia legitur 1096.

v. 758. περισσ. κἀνόν. corpora enim immoderata nec utilia i. e. per periphrasin: homines enim ob nimium et corporis et animi robur impotentes, incontinentes nec ullius frugis. Saepe ἄνθρωπος ita per circumscriptionem redditur. Ast bene citat illud Horatii: *Vis* consili expers mole ruit sua. Sed Bothe, qui locum male intelligebat, recepit Vauvil-

Jerii conjecturam *κἀνόητα*, quod Ajax minime inutile corpus fuisset. Haud necessario. Nam Calchas eum, ita appellare potuit. Verum enim vero etiam *σώματα ἐλεύθερα* pro *ἐλεύθεροι*, liberales, saepius occurrit, et opponitur *δούλοις*, de quibus, ut de cadaveribus, vox *σώματα* frequentissime usurpatur. Xenoph. Hellen. II, 1, 12. Homer. et Eurip. Phoeniss. 1524 et 1588.

v. 759. *πίπτ.* simplex pro composito *ἐμπίπτειν*, in graves deorum jussu calamitates incidere. — *ὅστις* pro *εἴτις* singul. pro plural. *ἅτινα*. Sed quum *σώματα* circumlocutioni *ἀνθρώπων* inserviat, constructio ad sensum hic invenitur. *Σύνηθες Ὁμήρῳ σχῆμα, τὸ ἐκ πληθυντικῆς καταβαίνειν εἰς ἑνικόν*. Ex. gr. in Il. III, 279. — *βλαστὼν, προβλαστὼν* intransitive, progerminans more plantae (*κατὰ*) *φύσιν ἀνθρ.* secundum naturam hominis. Vel transit. *βλαστ. φύσ. ἀνθρ.* qui hominis naturam progenuit, dum nascebatur. Vel *ἐξ ἀνθρώπου βλαστὼν* homine prognatus *κατὰ φύσιν* i. e. *ἐκ φύσεως ἄνθρωπος γενόμενος*.

v. 761. *κατ' ἄνθρ.* ut hominem decet, non sapit humana, supra sortem humanam se gerit.

v. 762. Oratio Calchantis directa iterum recurrit.

v. 763. *ἄνους εὑρ.* demens est inventus, dementem se praestitit. *καλ. λέγ.* quamvis pater praeclare admonita ei dedisset.

v. 764. *ἐννέπει* poëtice pro *ἐνέπει* ob metrum, i. q. *ἐνίπτει*, increpabat. Ita Hesiodus *μυθοῖσι σκολιοῖς ἐνέπω τὸν ἀρείονα*. Homer. adjicere solet *χαλέπῳ μύθῳ*, verbo *ἐνίπτειν* utens.

v. 769. Odium Atridarum aliorumque Argivorum haec Ajacis verba deterius quam verius interpretabatur. Nec aliter judicium feres de Mezen-

tio deorum contemtore in Virgil. Aeneid. VII, 648. et VIII, 7.

v. 771. δίας Ἀθάν. scil. καλῶς λεγούσης, (quod e vers. 763. repetendum est) δεύτερον ἄνους (εὑρέθη) iterum vel secunda vice (nimir. *dementiae manifestus factus*), quum Minerva divina ei consilio adesset et opem ferre polliceretur, tunc — respondit. Possis, quamvis haud necessarium sit, post Ἀθάνας colon reponere. Illud δεύτερον opponitur τῷ εὐθὺς ὁρμώμεν. ἀπ' οἴκων. Quare non video, cur Bothe correxerit αὔδαις Ἀθάν. Recte quidem Musgrav. observavit δίας Ἀθ. ex usu Graecorum non pendere posse ab ἀντιφωνεῖ (ἀντημείψατο), quod regit dativum. Alii δίοις scil. ἔπεσι legi jussere. Pessime.

v. 773. Musgrav. τόδ' ἀντιφωνεῖ pro τότε. — πέλ. ἴστω, praesto adsis. — καθ' ἡμᾶς, adversus nos, in eam partem, quam nos defendimus, numquam hostium pugna perrumpet.

v. 778. At siquidem hunc certe diem vixerit, fortasse deo juvante ipsius sospitatores esse poterimus. Bothe. εἴπερ ἔσται. — v. 780. ἐξ ἕδρας, ex consessu, e concilio. Vid. v. 749.

v. 780. ἐπιστολ. scil. τοῦ φυλάσσειν Αἴαντα, mandatum, ut Ajacem custodias. Cf. 753 seqq. Alii jungunt ἐπιστ. ὥστε φυλάσσ. mandatum hoc, ut observes, i. e. observandum.

v. 782. ἀπεστερ. scil. τοῦ φυλάσσειν vel τῶνδ' ἐπιστολῶν, si spe, fore ut fratrem hodie observatum domi cohibere possis, frustrati sumus i. e. si jam exiit, e manibus elapsus. Cf. 793. — οὐκ ἔστιν, fuit, de hoc viro actum est. Male vulgo ἀνήρ.

v. 784. δαΐα i. q. δηϊάλωτε, δυστήνη. Euripid. Androm. 105. Bothe legit ὦ δάϊ'! ὦ Τέκμ. et illud pro exclamatione sumit: o infesta fata! o Tec-

messa! ut ὦ δαΐων in Aeschyl. Pers. 235 et 929. — γένος, periphrasis pro ὦ δύσμορε. — V. 785. ὅρα τόνδ', ὀπ. Idiotismus. Permutatio verborum sentiendi.

v. 786. Subaudiendum est τὸ θροεῖν ἔπη τοιαῦτα, τοῦτο ξυρεῖ ἐν χρῷ. Scholiast. τέμνει εἰς βάθος τὸ σῶμα, ὥστε ὁ πέλεκυς. Λέγεται καὶ οὕτως (Triclinius)· ἐν ξυρῷ τὰ πράγματα ἵσταται· ὁ ξυρὸς ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ δέρματος ἅπτεται τοῦ χροὸς, ἅπτεται καὶ τῆς σαρκός· ἐπὶ κινδύνου λέγεται παροιμία. — ξυρεῖ, radit, a ξυρέω pro ξυράω. — χρῷ contract. pro χροΐ a χρόος, χροῦς, genit. χροῦ et χροὸς, accus. χροῦν et χρόα. Sens. hoc enim ad vivum vel ad vivas partes resecat, ut ne quis laetari possit.„ Est proverbium de rebus animo molestis.

SCENA QUARTA.

a vers. 787—815.

Tecmessa egreditur in scenam.

ἀρτί. πεπαυμ. vixdum cessantem a malis invictis, graviter prementibus vel infatigabilibus (a τρύω), assiduis. — ἀνίστ. e tentorio iterum me excitatis.

v. 790. πρᾶξιν, *fortunam*, sortem, κακοπραγίαν, cui opponitur εὐπραγία. Sic et 792. At Bothe legit βάξιν, *nuntium*, quod vox iterum repetitur, neque nuntius interitum Ajacis narraverit nec narrare potuerit. Sed πρᾶξιν refertur ad infortunium, quod suamet ipsius culpa sibi contraxisse videretur. Cf. vers. 757, 759, 766, 774 seqq. — ἤλγεσ' ἐγὼ sc. ἀκούων. Ceterum φέρειν, ut apud Romanos afferre,

rem pro *nuncium* de re. Euripid. Phoen. 1357. μεγάλα γὰρ φέρω κακά. Vide Lobeck. p. 339.

v. 792. De tua conditione nil scio; de te quomodo agatur, nescio. — οἶδα repetendum est ante ὅτι, verum id novi, quod de Ajace, si foras egressus est, spem non habeam bonam.

v. 794. Locus, prout a Turnebo et Brunckio interpungitur, ita accipiendus est: atqui abiit, ut animo angar, quid dicas, i. e. ut solicita sim de eo, quod nuntiaturus sis. At τί non relativum, sed interrogativum est. Igitur haud male alii sic distinguunt: ὥστε μ' ὠδίνειν. τί φῄς; Ultimum foret i. q. τί δὲ, quid vero? quid dicere vis? quid affers? τί μοι ποθ' ἥκεις καινὸν ἀγγελῶν ἔπος; Curiose quaerit, ut narrationem continuet.

v. 795. ἐξεφίεται pro ἐφίεται, *penitus* mandat, quam vim praepositio habet. — ὕπαυλον (αὐλή) in corte, h. l. in tentorio, ἐν αὐλῇ τῆς σκήνης. — ἀφιέναι solum dimittere foras, egredi sinere.

v. 797. κἀπὶ τῷ i. e. τέῳ, τίνι, quorsum, cur?

v. 798. Aderit mox ipse. Praesens pro futuro de re mox instante.

v. 799. Ordo verb. ἐλπίζει τήνδε ἔξοδ. φέρειν (δέχεσθαι) ὀλέθρ. Αἴαντ. metuit enim, ne hic egressus Ajacis exitiosum ei eventum allaturus sit." Nam ὀλεθρία (sc. μοῖρα) est substantivum id. quod ὄλεθρος, interitus. Herodot. VI, 112. ὀλεθρίαν et μανίαν jungit, si quis in perniciem se praecipitaturus sit. Vel φέρειν ponitur pro φέρεσθαι i. e. ἐξέρχεσθαι, ut ὀλεθρ. pro adjectivo sumatur. Ajantis egressus ne exitiosus evadat. Igitur Bothe haud necessario rescripsit ἐλπίζειν φέρει, quod interpretatur φέρει ἐλπίδα (metum), 'ὀλεθρίαν εἶναι τήνδε ἔξοδον Αἴαντος. Molestus verborum nexus! Vertit: hunc

vero Ajacis egressum, ne exitialis sit, metuere nos facit. — v. 800. τοῦ, τέο, τίνος. — μαθὼν, ἀκούσας.

v. 801. Subaudiend. μαθών. Calchas Thestoris filius erat.

v. 802. Ex Thestoride vate audivi, quod ad praesentem hunc diem attinet, nimirum ipsum Ajaci aut mortem aut vitam esse adducturum i. e. hocce die Ajacis vitam in discrimine versari. Rectius tamen cum Schaefero jungimus φέρει sc. ἡ ἔξοδος. Bothe commate post νῦν deleto emendavit θάνατος ἢ βίος φέρει, ita vertens: *mortem vel vitam illius ad hunc diem spectare*, qui sensus his verbis vix inest.

v. 803. οἴ' γώ. Schaefer ob metrum; tamen haud necessario. — προστητ' opem forte contra. — v. 804. ὥστε subaudiendum ante μολεῖν.

v. 805. ἀγκῶν: *cubitus*. Num ripae? ut in Plin. h. n. III, 15. an fluvii vel murorum? ut in Herodoto. Homerus angulum muri prominentem, alibi πύργον προύχοντα dictum, ἀγκῶνα τείχους appellat. Vers. 876. πλευρὸν ἕσπερον νεῶν et vers. 877. ἡ ἀφ' ἡλίου βολῶν κελευθὸς memoratur cum piscatoribus et fluviis in Bospori vicinia. Hinc liquet, sub ἀγκῶνας *saltus curvos* ad ripas fluviorum Trojanorum sub Mysiae Olympo, partim vero litora maris occidentalis sive Aegaei sinuosa intelligi debere. Eo enim Chori utraque pars cucurrerat, ut Ajacem perscrutaretur. — ἀντηλ. in orientem versos. Grammatici probant hanc lectionem, quam Codd. aliquot exhibent. Aldus tamen et plures Codd. habent ἀνθηλίους. — οἱ μὲν de *omnibus* Choricis. Igitur μὲν opponitur τῷ δὲ, non τῷ οἱ δ', ut mandatum generale distinguat a speciali. *Una* enim *ex parte*, ut omnes Ajacem investigent, imperatur; *altera* vero, ut alii eum in litore occidentali, alii

sub radicibus Olympi exquirant. De Olympo in Mysia vid. Plin. h. n. V, 32. Mela, 1, 19.

v. 807. ἔγνωκα cum nominativo participii jungitur pro: ἐμὲ ἠπατημένην — καὶ ἐκβεβλημένην εἶναι i. e. ἠπατῆσθαι — καὶ ἐκβεβλῆσθαι. Sentio enim, me a conjuge esse deceptam et e gratia ejus pristina excidisse.

v. 809. ἱδρυτ. Substantiv. verbale. Non sedendum est, sed festinandum. — ἐγκονῶμεν (κόνις et ἐν) pulverulenti acceleremus. Frequentior imago cursus concitatioris vel industriae et studii. — οὐχ ἕδρας ἀκμή, non sessiónis opportunitas adest, i. q. οὐχ ἱδρυτέον. Per parenthesin adjecta. Brunck. citat Euripid. Orest. 1292. οὐχ ἕδρας ἀγὼν et Homericum οὐχ ἕδος.

v. 813. ἕτοιμος sc. εἰμί. — v. 814. ἅμ' ἕψεται, una sequetur. In ceteris omnibus tragici nostri fabulis Chorus numquam e scena abscedit, nisi absoluta actione. Attamen vel sic theatrum non vacat. Nam simul ut omnes Chorici, in duas partes divisi, cum Tecmessa exiverunt ad heroëm investigandum, postscenio ad portam mediam per ἐγκύκλημα sive μηχανήν, ἥπερ στραφεῖσα τὰ ἔνδον τοῖς ἔξω ἐδείκνυε (vid. Scholiast. Aristoph. fol. 69.) recluso, in luco circa λειμῶνας παρακτίους (vid. 892. 654.) Ajax conspicitur in vastitate loci, truci vultu, sanguineam volvens aciem, maculis trementes interfusus genas, dira et minitantia verba fundens morique jam approperans. Scena anterior priorem formam retinuit, ut dextra laevaque circa portas tentoria in nemorosa convalli apparerent. Sed Ajax non, quod Brunckius opinabatur, Sophocli id in vitium vertens, coram spectatoribus mortem (θάνατον αὐτόχειρα) sibi infert. Nam quum in eo est, ut hoc faciat (vers. 866.), postscenio occluso iterum evanescit e conspe-

ctu, ut Chorus et Tecmessa in scenam pristinam revertantur. Etiam Lobeck. Sophoclem defendit. Nam vers. 915. Ajax οὐ θεατὸς dicitur. At vers. 920. postscenium denuo aperitur, ubi Ajacis corpus a Tecmessa πέπλῳ tegitur. Qui prospectus usque ad dramatis finem manet.

SCENA QUINTA.

a vers. 815—866.

Purgoldus, ut vidimus, in Observatt. Critt. in Sophocl. p. 43. non recte monuit, hoc in loco nullam fieri scenae mutationem. Ajax a Choro non conspectus prodit μονολόγος. Magna est auditorum exspectatio, quae desperata jam salute omnique meliore spe sublata futura sit miseri principis oratio.

V. 815. ὁ μὲν σφαγεύς. gl. τὸ ξίφος τὸ εἰς τὴν σφαγὴν ἑτοιμασμένον ἕστηκε τῇ στάσει τῇ τμητικωτάτῃ. „Stat quidem erectus gladius ea parte, qua maxime penetrare queat, ut statim incumbere possim." In hoc gladio, inimici dono, tamquam cardine tota res vertitur. Cf. 665. Sic in veste a Dejanira Herculi dono missa, imo in cruore, quem ὡς κηλητήριον φρενὸς Nessus Herculis sagitta vulneratus Dejanirae dederat. Trachin. 572 seqq. 680 seqq. 838 seqq. — λογίζ. si cui modo otium sit haec computandi.„ Haec verba animi furorem arguunt, quo se interfecturus sit. Graeci similiter dicunt μὴ δῶμεν αὐτοῖς σχολὴν βουλεύσασθαι. — δῶρον. Virgil. Aen. IV, 646. ensemque recludit (Dido) Dardanium, non hos quaesitum munus in usus. Pompejus ante statuam Caesaris cecidit.

v. 818. ἐχθίσθου propter Homer. vers. 301 et 302. in Iliad. VIII. sensu activo sumi non potest.

v. 819. πέπηγ, (a πήγνυμι), fixus, impactus est. — σιδηροβρ. (βρώσκω) ferrum vescens, rádens, exacuens, durus lapis. — θηγάνῃ i. q. ἀκόνῃ, cote, Schleifstein. De qua vid. Plin. h. n. XXIV, 1. XXXVI, 22 et 25. XXXVII, 8. Horat. Art. 314. Virg. Aen. VII, 627. — νεηκονὴς (ἀκόνη) i. q. νεήκης (ἀκὴ) recens exacutus,

v. 821. περιστείλ. rite paratum, imo occultatum, ne quis eum prius conspiceret v. 899. κρυφαίῳ φ. Nam proprie significat, mortuos, qui publice exponuntur, exornare; inde occultare, curare. — εὐνούστ. (ὥστε) θ. maxime benevolum, jucundissimum, quo protinus me interficere queam. In Virgil. l. c. *dulces* exuviae. — ἄρκεσ. juva. — εὔσκευ. (εὔσκευος, σκεῦος). Ita bene instructus sum. — γέρας, munus. — λαχεῖν, pro quo Triclin. λαβεῖν. — βαστάσῃ, tollat collapsum in hunc cruentem gladium. Πεπτ. περ. per tmesin quasi pro περιπεπτῶτα, ex Jonico περιπεπτεῶτα, contr. ex περιπεπτωκότα, qui est accus. sing. particip. perf. activi, a περιπίπτω. Lubentius tamen acceperim pro perf. medii. Aristoph. in Vesp. 523. περιπεσοῦμαι τῷ ξίφει.

v. 829. τοῦ, τέο, τινός. — κατοπτευθ. exploratus, proditus. — πρόβλητ. i. q. προβλὴς projiciar tamquam πρόβλημα, θηρσὶ βορά. Cum vi quadam pro προβληθῶ. projectus jaceam. Bothe hunc pleonasmum solennem nil curans corrigit πρόςβλεπτος, quod conspectum hominum fugere soleant ingentibus afflicti malis. Citat Trachin. 785 seqq. Ut unum contrarii exemplum afferam, Euripid. Phoen. similem pleonasm. v. 942. offert: πόλει δὲ τούσδε μὴ λέγῃς λόγους. — ἕλωρ i. q. ἑλώριον (ab ἑλεῖν) praeda. Ex priori aevi atrocitate satis nota, vel ex

Iliadis primis versibus. Virgil. Aen. IX, 486. Heu terra ignota canibus date praeda Latinis alitibusque jaces! X. 557. Non te optima mater condet humi, patriove onerabit membra sepulcro: alitibus linquere feris et cet. — Minus bene Lobeckius οἰωνοῖς δ'.

v. 831. προστρέπω. Ita in vett. Scholiis. Male in libr. προτρέπω. Etiam vulg. καλῶ δ' ἅμα. Nostra tamen lectio in trib. Codd. inventa a Brunck. — προστρ. ex vet. Sch. i. q. προστρέπομαι, tamquam προστρόπαιος, ἱκέτης, supplex me ad te converto, suppliciter precor. — πομπ. ὃς τὰς ψυχὰς πέμπει, ψυχόπομπος, qui mortuorum animas in Orcum deducit caduceo, unde et χθόνιος dicitur. Vid. Horat. Od. I. 10, 17. Virg. Aen. IV, 239. Ovid. Fast. V, 663 seqq. Metam. I, 671. — κοιμίσαι, ut me sopiat, quieti mandet. Nam mors laborum ac miseriarum quies est. Cicer. Catil. III, 4. — ἀσφαδ. sine palpitatione, qualis gravius morientium esse solet. Ovid. Metam. V, 40. Stat. Theb. VIII, 439. Calpurn. Eccl. II, 62. Aeschyl. Agamemn. 1301 seqq. ἀσφαδάστως καὶ τάχιστα. — πηδήμ. Igitur saltu gladio incumbet. — V. 835. ἀρωγ. pro εἰς ἀρωγὴν, in auxilium advoco. — τανύπ. (ταναόποδ. τανaύποδ.) quae pedes intendunt, celeres, celeripedes. Virgil. Aen. XII, 853. Alias Ποίνη, quae et mater furiarum dicitur in Valer. Flacc. I, 798. clauda appellatur. Sed epitheton arguit Ajacis increscentem affectum. Hymn. Homer. Apoll. 304. Merc. 232. — ἀεὶ πάρθ. semper virgines. — ὁρῶσ. Cicer. nat. Deorum III, 18. Furiae (Alecto, Megaera, Tisiphone) deae sunt speculatrices, credo, et vindices facinorum et scelerum. Virgil. Aen. VII, 324. VI, 280 et 570. Sorores appellantur. Horat. Od. II, 3, 15. Virgil. Aen. VI, 250. Ovid. Heroid. XII, 3. Metam. VI, 662. et X, 349. Ut omnia horribiliora, Nocte prognatae fuere,

cujus soror Terra. Etrusca religio. Argutantur, qui Furiarum munera dispescunt, et Tisiphonen morbos, Alecto bella, Megaeram letum immittere ajunt. Brunckii lectio Turnebo debetur. In Codd. male ἀεὶ δ' ὁρῶσας. In membran. hic versus omissus est. — V. 837. μαθ. ἐμ. ὡς. Idiotismus pro μαθεῖν, ὡς ἐγὼ διόλλυμαι. — πανωλέθρ. funditus, penitus perditos.

v. 841 et 842. Bothe delevit. Sed Ajax Atridis mortis genus imprecatur, quod atrocissimum excogitari posset. In tantum assurrexit affectus. Cf. Horat. Epod. III, 2. αὐτοσφ. i. q. αὐτοχειρί. — φιλίστ. superlativ. a φιλίων, φίλος. Usurpatur pro φιλτάτων. Aequalitas vocum αὐτοσφαγ. jam docet, versus esse Sophocleos. — γεύεσθαι, κεντεῖτε, gustate, tentate. In Homero de ferro vulnerante. De forma haud solenni φίλιστος vid. Guil. Schneideri Quaest. critic. de dialect. Sophocl. p. 21.

v. 845. αἰπὺν οὐραν. ex Homerico αἰπὺν Ὄλυμπόν.

v. 846. Cf. Virgil. Aen. IV, 607—630. Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras. Solis πανδερκοῦς, injuriae inspectoris, de quo Homer. Il. III, 277. Virgil. Aen. XII, 176., in diris solennis mentio. — διφρηλατῶν i. e. διφρηλάτα, auriga. Et Phaëthon dicitur *auriga paterni currus*. Ovid. Metamorph. II, 327.

v. 847. χρυσόνωτ. i. q. χρυσεόνωτον, dorso aureo, auream habenam. Sol enim aureus. Virgil. Georgic. I, 232. Singul. pro plurali.

v. 849. τροφῷ, nutrici, h. l. matri. In Euripid. Phoeniss. 703. τροφὸς πάντων γᾶ.

v. 852. οὐδὲν ἔργον. nihil prodest, nihil opus est. — ἀρκτέον (ἄρχω), facinus incipiendum est, ait, quaerens quam primum abrumpere lucem invisam.

v. 855. „Quamquam inter nos etiam illic apud inferos conversatio erit.“ Idem repetitur in v. 865. Originem enim suorum malorum Diis inferis narraturus est, ut veniam ipsorum et punitionem inimicorum ibi reperiat. Cf. 395 seqq.

v. 857. διφρευτὴν, διφρηλάτην. — προσεννέπω alloquor, ut valere dicam.

v. 859. ὦ φέγγ. O! lux. Iterum invocat, sed ut valedicat. Igitur absque causa Bothe corrigit ἄφεγγες, obscurum, invisum, patria, quam inspicere nunc non possum.„ Sed vox hunc sensum non admittit. — οἰκείας, πατρῴας, patriae.

v. 860. βάθρον. Vid. ad. 135.

v. 861. συντρόφ. γέν. una educatum, commercio generisque affinitate conjunctissimi Athenienses.

v. 862. Confer. vers. 420 seqq. — τροφῆς pro τροφεῖς a τροφεύς. Est prisca Attica forma, ut οἱ ἱππῆς. Vid. Brunck. ad Oedip. prior. 18.

v. 866. Post haec verba quum in eo sit, ut in gladium incumbat, postscenium denuo occluditur. Ita αὐτοχειρίαν non spectabant. Observes Actum IVtum a vers. 866. — 1185. procedere.

ACTUS QUARTUS.

SCENA PRIMA.

a vers. 866—872.

Chori, qui in duas partes, ἡμιχόρια, διχορίαν, ἀντιχορίαν (sic dictas, quod mutuo cantu sibi responderunt) divisus erat, altera pars, cui praecentor, ἡγεμὼν, κορυφαῖος praeerat, nunc progreditur; altera vero pars, quae serius revertitur (872.), in fronte habet Μεσόχορον, in Semichorio Coryphaeo respondentem. Magna cum arte poëta suam rem ita disposuit, ut Chorus pars totius fieret unaque ageret, neque tamen opportuno tempore ad scenam cantu implendam redire cunctaretur. Ab Ajace reperiendo aberratio Chori et confusio mire affecit spectatores certiora edoctos. Sed liceat antea de metris, quae sequentur, hic quaedam addere.

Metrum a vers. 737 — 879.

V. 737. Dochmius, correpto primo interjectionis diphthongo, et producto mediae, ut plurimum fit. — A Vers. 737—866. Jambici trimetri. — V. 866. Dijambus. V. 867. Spondeus. V. 868. Ditroch.

Catalect. — Vers. 869. Jamb. trimet. Vers. 870. Jamb. monom. Vers. 871. Ditroch. Catal. (Bothe in his vers. omisit πόνῳ, tum ex φέρει fecit φρεῖ et πᾶ, πᾶ, delevit, ut ab 866—872. omnes essent jambici.). Vers. 872. Jambic. trimet. Nota, α in ναὸς produci. Vers. 873. Bacchius sive Jambic. mononomet. catalect., clausula. Vers. 874. Jamb. trimet. V. 875. Jambic. monomet. catal., clausula. V. 876. Jamb. trimet. quales etiam V. 877 et 878.

In Chori Strophe α'. v. 879 — 900.

V. 879. Dochmius. V. 880. Paeonici dimetri v v v —́ | v v v —́. vehemens numeri genus. V. 881. Dochmaic. in initio auctior v — | v —́ —́ v —, Cf. Trachin. 1023. V. 882. Dactylic. penthemimeris vel dactyl. trimet. in syllabam. V. 883. Dochmius. V. 884. Dactylica penthemimeris. Vers. 885. Jamb. dimet. V. 886. Dactylica penthemimeris. V. 887. Glycon. catal. — v — v v —. V. 888. Dochmaici. — v́ v — v — | v — — v — |. V. 889. Dochmius cum Cretico in initio. — v — | — v v — v — nisi sit Glycon. polyschemat. V. 890. Jamb. trimet. V. 891. Antispast. V. 892. Jamb. trimet. V. 893. Antispast. V. 894. 895 et 896. Jamb. trimetr. V. 897. Amphibrach. sive monomet. Jamb. catal., clausula. V. 898 et 899. Jamb. trimetr. — Huic Stroph. accurate respondet Antistrophe α'. inde a vers. 925 — 946. De utraque sunt haec notanda. Heimann. e vers. 879 et 880. hunc versum, δῆτα inserto, quod in tali nexu solenne est, egregie fecit τίς ἂν δῆτά μοι, τίς ἂν φιλοπόνων, ut Dochmiac. dimetr. sint. Sequens versus is est ἀλιαδᾶν ἔχων ἀΰπνους ἄγρας. Iterum duo dochmaici. — Tum Bothe e vers. 882 et 883. unum versum fecit, qui dochm. dimet. esset, ubi

θεῶν per synaeresin θῶν pronunties. —υυ—́υυ|—|——υ—. Vers. 886. Bothe omittit που et ποτὲ mutat in ποθι, numerosque concludit post ἀπύαι, pro προσβλέπων legens λεύσσων. Sic adest dochmius per vim creatus. In vers. 888. Bothe excellentissimos numeros dochmaicos corrupit, inter μακρῶν et ἀλάταν interponendo μ' et πόνων versui sequenti adjiciendo, ut exhiberet trochaicum dimetr. In vers. 889. ita composuit numeros dochmaicos dimetr. qui praecedenti trochaïco mire absoni sunt. In vers. 890. Bothe omisit ἐμὲ δ' et ἄνδρα, et μὴ mutat in ἤ, ut Jambicus dimeter existat, cujus in prima sede anapaestus, in tertia spondeus!!! Item 885. absque causa ἤ pro εἰ legit. Vers. 891. alterum ἰὼ omittit. Male. Nam saepe extra numeros positum invenitur, ut vers. 394. Sequantur etiam haec de Antistrophe, ut responderet, mutata: Vers. 925. Herm. legit ἔμελλες τάλας, ἔμελλες χρόνῳ, omisso ποτέ. Vers. 926. Idem ἄρα στερεόφρων ἐξανύσσειν κακάν. At Bothe στερ. κακ. ἐξαν. ἄρ. Bene! V. 928. Bothe a μοῖρ. — πάννυχ. igitur e vers. 928 et 929. unum fecit. Sic et e vers. 932 et 933. ubi οὖλῳ pro οὐλίῳ habet. Vers. 934. ap. eund. finitur ante χρόνος, quod sequenti adjicitur. Vers. 936. Ἀχιλλέως, omissum. V. 937. scribe, Hermann. ait, ἰὼ, ἰώ μοί, μοι, ut Strophico, qui dochmiacus est, respondeat. Bothe, ut contrarium suaderet, in Strophico legit: ἰώ μόι μοι!

In Chori Strophe β'. a vers. 900—908.

Vers. 900. Antispast. dimeter. υ—́—́—|υ—́—́—|. V. 901. Quum in antistrophico versu

948. syllaba δόν superflua et praecedenti versui adjicienda sit; liquet, etiam hunc versum, qui anapaesticus dimeter brachycatal. est, emendatione egere. Legas itaque cum Hermanno: ἰώ μοι, ἄναξ, κατέπεφνες, ut strophicus et antistrophicus fiat paroemiacus. — Vers. 902. Hermann. ita legit: τόνδε συνναύταν; ὦ τάλας propter antistrophicum, ut sit dactylicus trimeter cum cretico in ultima sede, ut in Philoct. 826 et 843. At textus Brunckii bene se habet, modo ι in ἰὼ correptum pronunties, ut vers. 737. Tunc tres dactylios egregios pedes invenies. ́—υυ|́—υυ|́—υ—. In antistrophica 948. hi numeri illis omnino pares reperiuntur. ́—υυ|́——|́—υ—. Vers. 903. Creticus dimeter. ́—ύ—|́—ύ—. Vers. 904. 905. 906 et 907. Jambici trimetri. Hermann. Vers. 900. ita emendavit: ὤμοι, ἐμῶν νόστων· Bothe sic: ὦ μοι ἐμῶν νόστων! ὦ μοι κατέπεφνες, ut fieret dactylicus pentameter, numeris moleste se movens. Vers. 901. apud eundem hic est: ἄναξ, τόνδε συνναύταν! — Ὦ τάλας! Ita legeremus dochmiacos dimetros. Vers. 907. Corrigit περιπετοῦς pro περιπετές. In Antistr. Hermann. Vers. 946. ὤ μοι, ἀναλγήτων. Vers. 947. idem δισσῶν ἐθρόησας ἄναυδον. Vers. 948. ἔργον Ἀτρειδᾶν τῷ δ' ἄχει. Bothe hos versus ita mutavit: 946. Ὦ μοι! ἀνάλγητον δισσῶν ἐθρόησας. 947. ἔργον ἄναυδον Ἀτρειδᾶν, ὧδ' ἔχειν·

In Strophe γ'. a vers. 908 — 915.

V. 908. Dochmius —́υ ́——́—. V. 909. Dochm. —́ύ——́—. Bothe ex utrisque unum fecit, observans, in utraque regione molossum pro cre-

tico gravitatis causa adhibitum esse. V. 910. Dochmius. V. 911. Jambelegus, a synart. Sapphic. v—́v—v—vv—v——. V. 912. Jambus dimet. catalect. Sed Bothe tantum habet Jambum hypercalect. nam πᾶ, πᾶ sequenti versui adjungit. V. 913. Penthemimeris dactylica, pro qua Bothe hephthemimerin dactylicam recepit. V. 914. Anapaestica Penthemimeris siv. Glycon. catal. anacrusi pro basi posita. Bothe tamen omittit ὁ, quare habet amphibrachyn dimetr. v—́v|v—́v.

In Antistrophe γ'.

V. 954 et 955. apud eundem iterum unum efficiunt versum. V. 957. legit ἄχεσιν. V. 958. φεῦ, φεῦ sequenti addit versui. At v. 960. non animadverterat, υ in κλύοντες produci, quare versum strophicum temere mutavit. Ceterum v. 915 — 925. sunt jambi trimetri, de quibus haec observanda. Nimirum Schaefer in vers. 921. omisit ἂν ante ἀκμαῖος; Bothe in locum voculae deletae εἰ illud ἂν substituit. Uterque errat; nam ἂν ἀκμαῖ — tamquam tribrachys legenda sunt. — Iterum a vers. 961 — 1184. nil nisi jambici trimetri occurrunt; modo hos excipias. Nempe versus 973. antispasticus est. Ita et v. 1002. basis jambica, imo σπονδεία. Versus 1163 — 1168. anapaesticos deprehendes, quorum ultimus paroemiacus est.

Vers. 866. Coryphaeus conqueritur, se Ajacem nusquam invenire potuisse, maximo studio adhibito. Illud πόνον insulse repetitum est a librariis. Ceterum miror, cur Bothe nil nisi jambicum senarium hic admittere velit, quamvis rebus agendis, ut Flaccus ait, natus sit.

v. 869. συμμαθεῖν, condiscere, h. l. i. q. διδάσκειν, docere, ubi loci Ajax inveniri possit. Sic

δέδαεν, didicit, apud Homer. pro docuit. Vid. Eustath. Ita Germani permutant lernen et lehren. Heathius popularis sui conjecturam supervacuam *συμπαθεῖν* laudavit.

SCENA SECUNDA.

a vers. 872 — 896.

Chori altera pars per laevam scenae portam revertitur.

v. 871. *δοῦπον*. Ms. Bodley. *δοῦπον δ' αὖ*.

v. 872. Repetendum ex anteced. *κλύεις*. — *κοινόπλ. ὁμιλ.* pro *ὁμιλίαν κοινοπλόων* i. e. *συνναύτων*, colloquium, strepitum sociorum navalium. Cod. Jenens. *παῤῥησίαν*. Librarius voluit *παρουσίαν*.

v. 874. *ἐστίβητ*. (*στίβος*) perlustratum, peragratum est.

v. 875. *ἔχεις*. scisne? habesne? *ἀμφίβολον* est.

v. 876. Subaud. *ἔχω*. Sic in Euripidis Satyrico roganti Choro *ἔχεις*; respondet Cyclops v. 683. *κακόν γε· πρὸς κακῷ*. Br. — *ἐς ὄψιν* sc. *ἥκον*, quod in conspectum venerit. Ita loquuntur *εἰς ἀκοὰς ἥκει*. — *δηλοῖ* i. e. *δηλοῦται φαν*. pro *ἐφάνη*. — *βολῶν*. ab oriente sole, cujus radii *βέλη* dicuntur. Ita in Eurip. Phoen. 173. Ἑῴοισιν ὅμοια φλεγέθων βολαῖς ἀελίου. Triclinio debetur *μολὼν* pro *βολῶν*. V. 878. Vulgo *ἀνήρ*. Perperam.

v. 879. Metra melica incipiunt. Strophae canuntur a Chori parte, cui Κορυφαῖος praeest; Antistrophae a Choricis sub Mesochoro. Diverbia tamen jambica subinde intermixta partim sunt Coryphaei, partim Mesochori atque Tecmessae.

v. 880. φιλοπόν. Vulgo ita accipiuntur: „Quis ex laboriosis piscatoribus aut venatoribus certo dicere possit, ubi Ajacem conspexerit? Nam ἔχων ἀΰπν. ἄγρ. ἁλιαδ. Sch. ἁλιέων (Homer. Odyss. XXIV, 418.), insomnem laboriosorum remigum venationem *exercens* positum foret pro τὶς ἂν ἀγρεύς. Etiam Musgrav. ἁλιαδ. deducit ab ἁλιάδης, quam formam tamen nusquam inveni, similem τῷ κοιρανίδαι in Antigon. 940., et doricam vocem interpretatur ἁλίων, ut Ὀλυμπιάδων per Ὀλυμπίων. Possis quoque supplere κύμβων, cymbarum; imo θεῶν, Nympharum marinarum. Ut haec interpretatio vera sit, ab ἴδρις dependere tunc debet ὀλ. θεῶν ἢ ῥυτ. B. ποταμ. *aut* quis Dearum in Olympo i. e. Dianae comitumque aut Fluviorum i. e. deorum fluviatilium bene gnarus i. e. quis venator circa Olympum aut piscator in fluviis Troïcis, quis accola fluviorum. Sic in Lucan. Phars. I, 20. *gens conscia Nilo*. Liceret quoque ex antecedentibus repetere τίς ἔχων ἄγρας Ὀλυμπ. θεῶν et cet., ut ἴδρις referatur ad ἄπνοι, sciens i. e. *certo indicare queat*. At absonum foret, primum piscatores et tum Deos invocare. Quodsi placeat, a Choro Deos tantum implorari, quod solennius esset; dicendum erit, ἁλιαδ. et Ὀλυμπ. esse adjectiva masculini generis, ut λογὰς, σποράς generis communis sunt, et ἔχων vertendum: *exercens*, *curans*, quatenus arti piscatoriae praeest. Vereor tamen, ut menda hic lateat, et ἔχων in ἔχουσ' mutandum sit. Ita verum habebimus. Nam Sophocles tunc suo more Deas, et quidem Nereides, Oreades, Naides, Dianam et Nymphas fluviatiles hic invocari jussit, quod de regione maritima et de convalli nemorosa ad ripas fluviorum, sermo est, sicut et de piscatu et venatione. Deas hominibus apparuisse, ut, quo et unde vene-

rint, indicare possent, saepius apud veteres legimus. In Homer. Odyss. VII, 19. XIII, 221. Minerva altero loco puellae, in altero pastori assimilata Ulyssi obvia et dux viae fit. In Virgil. Aen. II, 315. Aeneae occurrit Venus, puellae venatricis vultu et amictu, ac prior, heus, inquit, juvenes, monstrate mearum vidistis si quam hic errantem forte sororum — apri cursum clamore prementem. — Βοσπορ. Trojanorum propter Bospori viciniam. Fluvios pro Diis habuere. Vid. Aristid. orationem in Neptun. Ὀλυμπιάδης, eodem modo, quo ἁλιάδης, formatum nusquam occurrit. Quare Hermannus egregie monet: Praestat Ὀλυμπιάδων, quod pro masculino est, ut Ἑλλὰς in Ajace Locro et alia. Ald. legit ἕδρας pro ἄγρας. Illud etiam in Cod. Paris. 2712. suprascriptum est.

v. 886. εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων ἀπύοι in Codd. et Ald. absque metro. Musgrav. legit ἤ pro εἰ.

v. 888. σχετλ. pro σχέτλιον, δεινὸν γάρ ἐστι sc. ἔργον, miserum enim est opus, nimia est miseria. Bothe haud necessario μ' ante ἀλάταν inserit. Subauditu facile est. Codd. et Ald. σχέτλια γάρ ἐμέγε τὸν μακρ. ἀλ. πόν. ubi illud ἐμὲ non suo loco positum. At, ubi nunc est, dederant ἀλλ' ἀμενηνὸν, jambicum senarium a trochaeo incipientes. — ἀλάταν dorice pro ἀλήτην me rogatorem (Martial. X, 5, 4. Odyss. XVIII, 43.), erronem, vagum. μὴ πελάσ. non appropinquasse i. e. non potitum esse δρόμῳ οὐρίῳ, cursu longorum laborum secundo i. e. bono eventu, μὴ ἐν οὐρίῳ δραμεῖν, haud prosperis ventis me discurrisse, sed frustra, A recto cursu declinasse. Nam Ajacem non inveni. Est sermo nautarum, metaphora a navigando petita. Notum ἐν οὐρίῳ πλεῖν, θεῖν, πλοῦς οὔριος apud Nostr. Rectius junguntur ἀλάταν πόν. μακρ. i. e. πολύπονον,

πολύμοχθον. — ἀμενηνὸν, debilem, evanidum, cito periturum, ut animo corporisque viribus defectus fere sim. Ita cucurri. Bothe opinatur, referendum esse ad senectutem eorum, ex quibus Chorus constiterit. — Bothe habet ἢ pro μήτε, neque — ὅπου sc. Αἴας ἐστί.

v. 892. Hujus clamor *flebilis* ad nos penetravit e luco? πάραυλος (αὐλὸς), *dissonus a tibia*, quae domina mentis, τύραννος τᾶς φρενὸς Trachin. 217. digitis pulsabatur diebus festis, in nuptiis. Sic ἄλυρος μοῦσα in Phoen. 1044. Cf. Ajac. 976. παράμουσος Eurip. Phoen. 802. Verum Eustath. p. 1157. interpretatur ἐξισουμένη αὐλῷ ἢ κατὰ θρηνῳδίαν ἢ διὰ τὸ τρανές. Igitur de tibia funerali cogitavit. Schol. Codic. Paris. ap. Faehse Nò. 2794. πλησίον, ἔξω τῆς ἤχου (ἤχους? an τοῦ ἤχοῦ?), ἔξω τοῦ αὐλοῦ. Occurrunt μέλη πάραυλα in Athen. IV. p. 164. Brunck. vocem ab αὐλὴ deducit et reddit πλησία, proxima, e vicino nemore. Similiter derivata sunt apud nostrum ὕπαυλος, ξύναυλος. Oedip. Colon. 785.

v. 893. τλῆμον. Cod. Paris. 2794.

v. 894. νύμφ. sponsam, conjugem. — συγκεκρ. contr. ex συγκεκεραμένην (συγκεράω, συγκεράννυμι) i. q. συμμεμιγμένην, perturbatam. Cod. 2794. συγκεκραμμένην. Perperam.

SCENA TERTIA.

a vers. 896—977.

Etiam Tecmessa redit.

v. 896. διαπεπόρθ. (διαπορθέω i. q. διαπέρθω, διαπραθέω) vastata, destructa, disturbata sum.

v. 898. νεοσφαγὴς, recens interfectus. — περιπτυχ. (περιπτύσσω) i. q. περιπτυχθεὶς, circumfusus, περικεκλιμένος, κάμψας πλεύρα καὶ νηδὺν, σίδηρον ἐν λυγρῷ πεσήματι σώζων, circa ensem sese incurvans.

v. 900. νόστ. sc. ἕνεκα, respectu reditus. Eheu! de reditu actum est mihi. Cf. 245 seqq. et 708. — τόνδε συνναύταν pro ἐμέ. δεικτικῶς. Apostrophen observes. — πάρα, me oportet. — Περιπετὴς, ᾧ περιέπεσε. Nam penitus adactus transabierat.

v. 909. αἱμάχθ. cruentatus es, necem occubuisti. Sine augmento, quod in melicis negligitur. — ἄφρακτος i. e. μὴ φρακτὸς, haud septus ab amicis, ἔξω τῆς φυλακίας τῶν φίλων. — κωφὸς, obtusus. — ἄϊδρις scil. δόλου, imperitus fraudis, qui tantos mente furores concipere non potuerim. Vers. 911. πάντα, πάντως.

v. 912. δυςτράπελος (τρέπω), pertinax, difficilis, intractabilis. πᾶ, ποῦ, πόθι, non πῶς.

v. 915. θεατὸς, aspectu non jucundus, haud conspiciendus. Cf. 827 seqq. — παμπήδην, undique.

v. 917. Brunck. ὅστις κ' οὐ φίλος cogitabat, siquidem infra dicitur Ajax καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν. Musgrav. interpret. quod legitur, *qui saltem amicus fuerit.* At sensus est: *praecipue si amicus sit, vel ut etiam amicus sit*, ne amicus quidem, quamvis talis mortuum pie curet.

v. 918. φυσῶντ'. e naribus et ex vulnere cruento atrum cruorem efflantem. — οἰκείας σφαγ. Ita in Eurip. Phoeniss. 344. ξίφους αὐτόχειρ σφαγῇ. Cf. supra 815 et 898. Usque ad hunc vers. Ajax mortuus non conspectus erat. Nunc Tecmessa, dum postscenium aperitur, ad conjugem ibi jacentem accelerat, eumque pallio tegit. Quum eum movens morte gravatum sensisset, exclamat οἴ μοι, τί δρά-

σω; — βαστάσει, tollet, funere efferet. Membran. et quidam Codd. βαστάσῃ. Vid. infra vers. 1025 seqq.

v. 921. ὡς ἀκμαῖος i. e. ὡς ἐν ἀκμῇ, quam opportune. Schaefer omittit ἂν, quod ante ὡς rescripserat Brunck. — συγκαθαρ. i. q. συμπεριστέλλειν, ut funus fratris ornaret, funus adjutaret, componeret, ne ignoto camporum in pulvere linquatur. — V. 924. ὡς sc. ἂν εἴης. Verba ad commiserationem efficacissima.

v. 925. ἔμελλ. propter fatum debebas, fato id debuisti, quod tandem aliquando malam infinitorum laborum sortem pertinax expleveris. Fato debita dura et aspera vitae tandem aliquando exhausta sunt tibi obstinato.

v. 926. ποτὲ in libris scriptis non comparet; Triclinio debetur, sed Hermann. ob metrum delevit.

v. 930. φαέθ. φανερὰ, φαεννὰ, ἐν φάει. Id vaticinati mihi sunt gemitus, quos *perdius* atque pernox ciebas.

v. 932. ἐχθοδ. i. q. ἐχθρεύων, infestissimus qui fuisti Atridis diro cum affectu.

v. 934. Jungenda μέγ. ἀρχ. πημάτ. ἄρ' ἦν χρόνος ἐκεῖνος, ἦμος — prima sane causa malorum exitii ille dies, quando praemio ornans certamen de Achillis clypeo propositum erat. ἀριστ. ἄγ. i. e. ἄγ. κρίνων κράτος ἀριστείας τινί. Cf. 443. 464 et 465.

v. 936. Vocem Ἀχιλλ. in omnibus Vett. Libb. omissam Triclinius reposuit. — γενναία, generosus dolor.

v. 940. ἀπιστῶ. certo mihi persuasum est, non miror. — ἀποβλαφθ. i. q. ἀποστερηθεῖσαν.

v. 942. δοκεῖν. Tibi quidem haec ita videri possunt, tu quidem haec cogitas; ego vero eheu! nimis sentio.

v. 944. ζυγὰ, jugum servitii. Metaphora solennis. — ἐφεστ. σκοπ. quales speculatores, inspectores, curatores dominorum nobis imminent!

v. 948. ἔργ. Quale infandum (et immisericors) immisericordium Atridarum facinus pronuntiasti, hoc tuo dolore abducta? „ Ne ob fidem regibus debitam talia evulges, quae vix credibilia sunt. Pectus eorum non tam immite nec tam durum erit, ut tibi nobisque servitium imponant. Tale facinus non committent. Chorus anxius ita reginam mitigare studet. ἔργ. i. q. χρῆμα, res, consilium. In vers. 1350. etiam adverb. ἀναλγήτως occurrit.

v. 949. Locum male intellectum Bothe emendaturus erat ὧδ' ἔχειν, „ intellecto ὡς, si res ita se habet „ ad caedem Ajacis referens. Egregium est τῷδ' ἔχει.

v. 950. μέτα sc. ὄντα. At ne haec quidem (scil. mala, quae nos et Ajacem oppressere) ita forent, sine Diis, qui jam pridem nos defecere. In has miserias non incidissemus, nisi a Diis essemus neglecti.

v. 951. At sane hoc onus, quod nobis imponi sunt passi, nimis grave nos premit.

v. 952. Ζηνὸς sc. θυγατήρ. — φυτεύει, ἐφύτευσε, sevit, molita est εἰς χάρ. Οδ. ut gratificaretur Ulyssi.„ Solennis metaphora. Ita dicunt μόρον φυτεύειν τινί. Igitur non omnes Dii sunt incusandi. — Chori religiosi est officium, Deos defendere, inprimis quum poëta τὸν θεὸν philosophorum saepius jam immiscere videatur, ut superstitiones corrigat.

v. 954. Chorus culpam lubentius in Ulyssem amovet, quod et sibi et Tecmessae metuit. Indignabunda enim verbis liberioribus Atridarum iram exacerbare potuit. — κελαινῶπ. iram atram nube quasi tectam, occultam. Pind. Pyth. 1, 13. — ἐφυβρ.

dissimulatam iram minitatur, atrocia et ignominiosa molitur. In Eurip. Phoen. 186. ὅς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐφυβρίζει πόλει. i. e. μετὰ ὕβρεως ἀπειλεῖ. Bothe locum minus recte ita accepit: nimirum Ajacis atrae bili vel atro dolori illudit Ulysses, ἐφυβρίζει ἐπὶ θυμόν. — πολύτλ. non qui multa passus vel ausus est, neque aerumnosus; sed qui multa molitur, ingenium multiplex et tortuosum. Sic πολύστονος et πολύμοχθος in Eurip. Phoeniss. 161 et 801 et 1039. sensu activo adhibetur de eo, qui aliis multas affert aerumnas. Articulum ὁ ante πολύτλας Porson. delevit. Male. Nam significat *ille*, *quem novimus*.

v. 957. μαινομ. calamitates nostras *furentes* irridet. — ξὺν τε i. q. ἅμα τε, ἅμ' αὐτῷ. — βασιλῆς. Sic recte in D. Perperam in ceteris veteribus, ut in Aldina βασιλῆες. — κλύοντ. ταῦτα, simul ut audient.

v. 961. γελώντ. forma imperativi Attica pro γελάτωσαν, rideant igitur. Sic et κἀπιχαιρ. pro καὶ ἐπιχαιρέτωσαν, et gaudeant. — τοῦδ'. scil. Αἴαντος. — βλέποντ. scil. φάος, vivum. — ἐν χρείᾳ δορ. in bello. Periphrasis.

v. 964. In quibusd. τ' ἀγαθ' ἐν χεροῖν. Br.

v. 965. κακ. γνώμ. insipidi. — Ibid. τὶς scil. κακῶν ἐμβάλῃ pro πρὶν ἐκβάλωσι, non prius quam amiserint. Egregium Proverbium, quod et in Plauti Captiv. 1, 2. invenimus. Horat. Od. III, 24, 31. virtutem incolumem odimus, sublatam ex oculis quaerimus invidi.

v. 966. πικρὸς sc. μᾶλλον. Ejus mors mihi acerbior est, quam illis jucunda; ipsi vero gaudio erat.

v. 969. Quid igitur habent, cur ipsum rideant? In aliis et Aldina τί δῆτα. — Porson. τοῦδε γ' ἐγγελῷεν. — Bothe καλὰ pro κατά.

v. 970. Diis jubentibus, non his auctoribus, cecidit; neutiquam.

v. 971. ἐν κενοῖς praepositione abundante, pro κενά, κενῶς, i. q. ὑπερήφανα, insolentia jactet, in inanibus glorietur. In Eurip. Phoen. 1118. σημεῖα ὑβρισμένα, signum in clypeo insolens. — διοίχετ. periit. Triclin. ἀνίας τε καὶ γόους, sed ἀνία apud Tragicos mediam semper producit.

v. 976. μέλ. ἐπίσκοπ. ἀτ. τῆσδε, clamorem huic calamitati congruum edentis. μέλος, βοὰν ἰήϊον στενάζοντος. Eurip. Phoen. 1046. Cf. supra 892. ἐπίσκοπ. (σκοπὸς) scopum contingens, consonus, consentaneus; quod supra erat πάραυλος βοή.

SCENA QUARTA.

a vers. 977 — 1047.

Teucer accedit.

v. 977. ὄμμα efficit pariphrasin eorum, quos diligimus. ὦ φίλτατε ἀδελφέ.

v. 978. ἠμπόληκ. (ἐμπολέω), ἐκέρδανας, lucratus es. ἐμπολή, πρᾶσις. δοκεῖ γὰρ Αἴας κερδάναι, τὸ οἰκεῖον θέλημα πληρώσας. Cf. 107. Num id lucri fecisti, quomodo fama viget? Nimirum mortem. Musgrav. vertit: *an prodidisti me?* scil. moriendo. Quare μ' inseruit ante ὥσπερ. Bothe emendavit ὥνπερ ἡ φάτις κροτεῖ. Parum Graece.

v. 982. περισπερ. i. q. πολυσπούδαστον, περιώδυνον, festinans, urgens, acerba calamitas, ἀλγεινόν.

v. 984. τί γ. τέκν. sc. πράττει. Eurysacis mentio ad commiserationem alendam plurimum confert.

v. 986. σκύμνος, catulus leaenae. — ξύγκαμν. adjuva. — φιλοῦσ. solent. Bothe pro θανοῦσι legit δεινοῖσι, potentibus pollentibusque. At male intellexit κειμένοις, *tamquam rebus projectis*, cadaveribus. Cf. 830. προβλήτοις. 1059. 1064. ἐν Αΐδου. Electr. 463. Ajac. 1266 et 1267.

v. 989. Tecmessa exit, ut Eurysacen filium adducat, quîcum revertitur v. 1168.

v. 990. τοῦδε σ. μέλ. ut tibi curae esset. Nam impersonale μέλει regit dativ., pers. et genit. rei. Vid. vers. 688 et 562 seq. — V. 994. In C. Brunck. ἁπασῶν, metro reclamante, quare emendat. erat: ὁδῶν θ' ἁπασῶν ὁδὸς ἀνιάσασα δή. Turneb. ὁδός τ' ἀνιάσασα δὴ πασῶν ὁδῶν.

v. 995. σπλάγχ. cor. — διώκ. perscrutans et investigans. sc. ubi esses. — θανὼν οἴχῃ, pro quo Bothe οἴχει.

v. 1000. Pro δείλαιος in Aldin. et aliis δύστηνος. — ἐκποδὼν, qui procul aberam. Opponitur νῦν ὁρῶν.

v. 1003. Ajacis corpus retegitur. ὄμμα non eo sensu, quo v. 977. aderat; sed vertendum est: O! adspectus visu horrende: quod jam exclamavit supra in vers. 992. — Genitiv. τόλμ. πικρ. quoque inde pendere possunt. Sed malim habere pro genitiv. ejulantis exclamationis vel admirationis absque interjectione, ut τῆς τύχης. Etiam cum interjectione hunc casum offendimus. Ita ὦ Ζεῦ, τῆς πανουργίας, οἴμοι τῶν κακῶν. Illa igitur vertas: O! acerbam audaciam, pro: quam audaciter fecisti!

v. 1005. κατασπείρ. φυτεύσας. quantas aerumnas morte tua mihi obsevisti! φθίνων κατέσπειρας. Cf. 953. Triclinius post ἀνίας perperam inseruit γέ, ut supra v. 973. τέ.

v. 1006. Suidas in ποῖ habet μολεῖν με.

v. 1007. Quum tibi nusquam praesidio fuerim.

v. 1008. Nota anapaestum sede secunda. Sed Bothe με ante τελ. inserit et omittit ὁ ante σὸς, ut tribrachyn substituat. Occurrunt tamen hac sede anapaestici numeri. Ms. Jenens. ἐμός τ' ἴσως et vers. seq. ἐμός ϑ' ἅμα. — εὐπρόσωπ. vultu benigno. — Bothe pro ἵλεώς τ' ἴσως posuit ἐν λεῷς τόσοις, et vertit: tanto in populo, tanto in nautarum Salaminiorum numero incedentem sine te. — At ἴσῶς egregie se habet, *vultu aeque hilari*, ac is erat, quo olim me adspexit; imo ita: vultu aeque benigno, ac is foret, quo me adspiceret una cum fratre reducem. Nam pater Trojam navigaturis praeceperat, ut neuter fratrum absque fratre rediret. Quare Teucer post reditum a patre male exceptus in Cyprum emigravit, ubi Salamina condidit. Horat. Od. I, 7, 21. — πάρα, *mos est*. Qui ne felix quidem (i. e. nuntio felici accepto) laetius ridere soleat. Cod. Par. 2794. et Mosqui. b. ἥδιστον. Suprascr. ἥκιστον.

v. 1012. κρύψει. reticebit, propter seq. ἐρεῖ.

v. 1013. ὀνομάσει ἐμὲ ex antecedentibus assumendum est. ἐκ δορ. πολεμ. metonymice accipiendum: *ex hoste infesta*, *captiva susceptum* nothum me appellabit, ἐκ δορυαλώτου γυναικός. — τὰ σὰ ϑανόντ. idiotismus pro τοῦ σοῦ ϑανόντος —. νέμοιμι pro νέμοι. Permutatio personae. — δύσοργ. iracundus. — ἐν γήρ. β. propter senectutem morosus. — πρὸς οὐδ. propter minutissima ad dissidium irritabilis. — τέλος sc. κατὰ, postremo.

v. 1020. λόγ. aut *propter patris verba* aut *in ore vulgi*. — δοῦλος, servilis, metaphorice. — ὠφελήσ. pro ὠφελεῖ. pauca mihi prosunt, pauca adjumenta habeo, quibus confisus audeam inimicis resistere. Scripti libri offerunt ὀφελήσιμοι, Aldin. παῦροι δ' ὠφελήσιμοι; hoc contra metrum, illud absur-

dum. V. 1023. εὑρόμ. nactus sum, abstuli. Haec emolumenta mors tua mihi attulit.

v. 1025. κνωδ. (ὀδόντες) gladio. Proprie fuit culter venatorius, sibina, duos in ferro prominentes habens dentes. Xenoph. Cyneg. X, 3. — πικροῦ, fatifero, quod μόρον πικρὸν attulit. — αἰολ. sive stellato (ut in Virgil. Aen. IV, 261. jaspide fulva), micante, distincto, fulgente, flammeo, aurato, aereo, fulmineo; sive veloce.

v. 1027. Cf. supra 665. — V. 1028. Bothe θεῖν. — θεῶν, ut millies, monosyllabon.

v. 1030. πρισθ. constrictus balteo ad equestrem currum. Hesych. πρισμοῖς, ταῖς βιαίοις κατοχαῖς. Nam ἀντύγ. tamquam pars pro toto synecdochice positum est. Ex Homeri Iliad. XXIV, 14 seqq. Hectoris corpus ex curru supinum, pulveri incumbens, quoque die orto ter circa Patrocli tumulum ductare solebat Achilles. Virgil. Aen. II, 272. Raptatus bigis (sc. Hector), ut quondam, aterque cruento pulvere, perque pedes trajectus lora tumentis. Ibid. I, 483. Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros, — Achilles. Lobeckius post πρισθεὶς delevit et post ἀντύγ. reposuit comma. Egregie.

v. 1031. Jam Brunck. praeferebat ἐκνάπτετ' laceratus est tamquam magis Atticum. — ἀπέψ. donec efflaret animam.

v. 1033. πρὸς τοῦδ' sc. κνώδοντος. — V. 1035. δημιουρ. artifex. — Ἅιδης sc. ἔπλεξεν, κατεσκεύασε, quod extrinsecus assumendum est. Nam ἐχάλκευσε gladio aptum, balteo seorsum applicari non potest.

v. 1037. μηχαν. moliri, struere. Sententia generalis tragoediae substracta est eo consilio, ut civium liberorum mentes ab arrogantia et superbia avocarentur.

v. 1038. Si cui haec mea sententia minus probata sit, suam habeat, sua acquiescat. Futurum meliora docebit. Παροιμιακὸν, quale Musgr. citavit e Stobaei Sermon. 80. σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε. Schaefer laudat Herodot. VI, 37. ἐν γνώμῃ et IX, 110. κατὰ νόον εἶναι.

v. 1040. τεῖνε sc. λόγους, ne orationem longius extendas. — μακρὰν (ὁδὸν) adverbii loco positum.

v. 1041. φράζ. sed deliberes tecum, quomodo hunc virum tumulo tegas (sepelias), et quid mox (Menelao) respondere velis. Nam accedentem conspicio virum inimicum, *et hic vir* (pro *qui*) mala nostra ut irrideat, siquidem (ἅ δὴ pro ἅτε δὴ) improbus est, forsitan adventurus sit." Graeco tamen magis congruum foret vertere ita: "et hic vir forte eo perveniet, ut tamquam vir improbus ob mala nostra risu satietur." Nam ἐξικνεῖσθαι cum participio locum substantivi tenente junctum, ut hic γέλωτα substituas, significat *risum explere*, exhaurire. Ita et ἐξέρχεσθαι in Trachin. 506. Legi quoque possit accus. γέλων. Quare Bothii conjectura ᾅδην per se superflua foret. At Chorus metuit, ne gravius quid struat Menelaus. Malim igitur ordinem verborum ita inire: et forsitan mala nostra irridens ἀνὴρ ἐξίκοιτο, ἅ δὴ κακοῦργος ἐξικνεῖσθαι φιλεῖ i. e. perfecerit ista, quae improbus sane perficere amat. ἐξικνεῖσθαι enim i. q. διεξάγειν significat. Male tamen me habet junctura parum Graeca nec satis elegans καὶ τάχ' ἂν κακ. pro ὃς τάχ' ἂν κ. Itaque proposuerim legendum γελῶνθ' (γελάοντα), ἅ κ. τ. λ. hoc sensu: Video enim virum inimicum appropinquantem et forte irridentem mala, quae ipse vir sceleratus perfecerit i. e. quorum ipse magna pars fuit. Sed tunc comma post κακοῦργος delendum est.

v. 1046. δυσπετὴς pro δυσπετὲς (non difficile) ἐστὶ μαθεῖν (agnoscere) ἔγγυς ὄντα.

SCENA QUINTA.

a vers. 1047—1161.

Menelaus ingreditur scenam.

v. 1048. E verbo φωνῶ assumendum est ἐντέλλομαι, παραγγέλλω. Sed Schaefer punctum post φωνῶ delet, ut arcte jungat σὲ φωνῶ μὴ ξυγκομίζειν. Citat vers. 71 et 1089. Ita φωνῶ vertendum esset *jubeo*, ut καλῶ v. 72. — σύγκομίζ. i. q. συστέλλειν, θάπτειν. Ita scholion Aeschyl. Thebaid.: συγκομιδὴ, ἡ πρὸ τοῦ τάφου πᾶσα ἐπιμέλεια. Certamen de sepultura Ajacis incipit, quod coloribus aeque magnificis, ac mors, arti dramaticae congruenter pingitur.

v. 1049. ἀνάλ. (ἀναλόω, ἀναλίσκω), impendisti? Ita Attice. Alii ἀνήλωσας.

v. 1050. Subaudiendum ἐπέσκηψα λόγον δοκοῦντα et cet. verba mihi et ipsi, qui exercitui praeest (Agamemnoni βασιλεῖ), decreta. Κραίνειν (κράω, κράας) caput, principem reipublicae esse. Alii δοκοῦντα δ'.

v. 1051. προθεὶς sc. ταῦτα προστάττεις, quam causam praetexens, quo praetextu ita jubes?

v. 1052. αὐτὸν, Αἴαντα. V. 1054. Φρυγῶν, Τρώων. Permutatio solennis, quod Troja postero tempore Phrygiae accensebatur. Virgil. Aen. II, 191. V. 785. IX, 134. XII, 99.

v. 1056. ὡς ἔλοι δορί. Pleonasmus, qui regis affectum arguit. Bothe emendabat ὡς ἐλοιδόρει, *ut opprobria fundens minitabatur*, ex scholiis.

v. 1057. ἔσβεσεν (σβέννυμι) exstinxisset, periculum irritum reddidisset, nimirum Minerva. Metaphora, quae verbo inest, refertur ad ἄταν οὐρανίαν φλέγων, 196. — πεῖραν. Cf. vers. 2 et 290.

v. 1058. τύχην sc. διὰ. hac ipsa fortuna, quam ille sortitus erat. — Pro ἂν τήνδ' Bothe οὖν τήνδ' reposuit. Sed duplex ἂν haud raro deprehendes.

v. 1059. Bothe ἐχθίστῳ μόρῳ cum Triclinio praetulit.

v. 1060. ἐνήλλ. nunc autem rem ita mutavit, ὥστε τὴν τοῦδ' ὕβρ. πεσεῖν πρὸς μ. κ. π.

v. 1062. Nemo est, qui, quantumvis ipsum gemat (amicus), id impetraturus sit, ut ejus corpus sepeliat. Sensum bonum his verbis inesse dixeris, nam amicorum est amicum gemere. Vid. v. 924. Sed tamen Bothe mutavit στένων in σθένων, nemo adeo pollens est. At sic illud αὐτὸν molestum foret. Nam ad τυμβεῦσαι referri non potest, ut σῶμα appositio sit. Ut suppleas κατὰ, *quod attinet ad ipsum;* tamen vel hoc taedium affert. Etiam in Antig. 453. eadem locutio οὐδὲ στένειν τοσοῦτον. κ. τ. λ.

v. 1064. χλωρὸν, non *viridi* arena, propter algas in litore virides, ut Musgrav. opinatus est, citans Oppian. Halieut. II, 649. χλωρὸν ἁλὸς μνίον, sed *fulva, pallida*. Virgil. Aen. V, 374. — V. 1065. Cf. supra v. 830.

v. 1066. ἐξάρῃς μέν. ne iram ob hoc assumas, ne graviter ob id succenseas. Cf. quae ad v. 75. adnotavimus. — V. 1067. βλέπ. vivum. — κρατ. compescere.

v. 1068. θανόντ. γ'. Particulam γε, quam libri omnes vett. agnoscunt, expunxit Triclinius. Br. —

ἄρξομ. θανόντ. mortuo utique imperabimus. — χερσ. παρενθ. i. q. βιαζόμενοι, vi eum coërcentes, eum punientes.

v. 1069. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου, *numquam* enim imperata mea vivus audire i. e. nobis dicto audiens esse voluit.

v. 1071. κακ. πρὸς ἀνδρ. signum enim mali viri est. gl. ἴδιόν ἐστιν ἀνδρὸς κακοτρόπου. Cf. quae adnotata sunt ad vers. 581. οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ. — Neminem offendit repetitio ejusdem vocis in ἀνδρὸς ἄνδρα. Nihil enim variant Codd. Scribere potuit Tragicus ὄντα δημότην. Brunck. — ἐφεστώτ. quum homo privatus *magistratibus* se parere aequum non censeat. Observes speciosam et insolentem tyranni orationem, qua sapienter dictis abutitur, ut minis, quas jactet, vim graviorem addat faciatque fidem. Conferas Creontis verba in Antigon. 296 et 672 seqq.

v. 1074. καλῶς φέρ. ἄν. haud enim unquam in republica cum legibus praeclare vel bene ageretur. Ita in Xenoph. Hellen. III, 4. τὰ πράγματα κακῶς φέρεται. Oecon. V, 17. εὖ φερομένης τῆς γεωργίας. — κατέσθηκ. δέος, ubi metus animis privatorum non incussus sit, ubi leges non in metu positae sint. Schaefer καθεστήκῃ conjunctivum, ut in sententia generali, praefert. Ita etiam 1081. παρῇ ex Suida, et v. 1160. παρῇ ex Stobaeo. Vid. Lobeck. ad Ajac. vers. 759.

v. 1076. πρόβλημα, neque metus neque pudoris *obicem* curans.

v. 1077. γεννήσῃ. sibi magnam corporis molem procreaverit. Cum invidia dictum est. Glossa in tribus Codd. φύσῃ. Ita φύειν φρένας in Oedip. Colon. 804. et in Electr. 1463. significat φρονεῖν, ut

h. l. σῶμα γενναῖον positum est pro μέγαν καὶ ἰσχυρὸν εἶναι τῷ σώματι.

v. 1079. αἰσχύνη. gl. αἰδώς. Sumtum ex Homerico: ἴσχε γὰρ αἰδὼς καὶ δέος, ut observat Eustath. pag. 1036.

v. 1080. σωτηρίαν ἔχοντα i. q. σωτήριον, σεσωσμένον ὄντα. Salvum ac sospitem esse scito.

v. 1083. ἐξ οὐρίων i. e. οὐρίᾳ, οὐρίως, a secundo cursu avulsam civitatis navem gurgite mersam vel depressum iri. De hac metaphora nautica vid. 889. Cicero ad Divers. XII, 5.: ubicunque es, in eadem es navi, de republica. Stobaeus, monente Stephano, praefert οὐρίας; quod usitatius, sed eo minus inducendum est. Brunck.

v. 1084. Ἑστάτω. 3. pers. singul. praes. imperativi verbi ἑστάω, ἵστημι, a me confirmetur, constet. — δέος καίριον, opportunus quidam timor.

v. 1085. ἅ ν sc. δρῶντες ἡδώμεσθα, si, quae libuerint nobis, fecerimus. In Aldina perperam ἅν. — ἅν sc. ἀντιτίνοντες λυπῶμ. — nos non vicissim poenas pares esse repensuros, quas rependere doleat. — παραλλάξ alternatim haec eunt i. e. ταῦτα παραλλάττει, haec mutuas vices alternant. Factis contraria facta rependuntur.

v. 1088. αἴθων, fervidus. Cf. 222. ἀνδρὸς αἴθωνος et 1057 et 196. φλέγων. — ὑβριστ. pro ὕβριν ἔφλεγε, insolentia flagrabat.

v. 1091. ὑποστήσ. ne, sapienter dicta quum proposueris, ipse in mortuos injurius fias. Mortuos sepelire iam inde a Cecropis temporibus, ut humanitati consuleretur, lege et vatum et mysteriorum effatis sancitum erat. Vid. Antig. 450 seqq. 519. 74. 25. Eurip. Phoeniss. 1654 seqq. Si quem hostem patriae, ἄτιμον, ἀσεβῆ judicassent, ei mortem insepultam minitabantur. Atrocissima poena, quod crede-

Athenis custos publicae securitatis, plurimum Scytha, Σκύθης hinc appellatus.

v. 1121. βάναυσ. artem sellulariam, quaestus sellularios. Xenoph. Oecon. IV, 2. Cicer. de Off. 1, 42. Hic tropice carpit mentem hominis illiberalis, invidi, desidis nec armorum periti, muliebris, ut in Analect. Brunck. II, p. 376. Menelaus h. l. vituperatur.

v. 1122. κομπάσ. i. e. μετ' ἐπάρσεως εἴποις, ἐκαυχήσαιο, immoderatius superbias, ferocias, ut Capaneus in Eurip. Phoeniss. 1191. — ἀσπ. sc. ὁπλίτης esses; cui opponitur τοξοφόρος, πελταστής. Ille enim est miles gravis armaturae.

v. 1123. ψιλὸς sc. ὅπλων, ἀσπίδος, γυμνής. *Veles* etiam tibi militi gravis armaturae par sim, suffecerim.

v. 1124. ὡς δεινόν, gl. μέγαν, quod Triclin. in textum intulit. — τρέφει, ἔχει. — σὺν τῷ δικαίῳ. a cujus parte stat jus, ei licet tollere animum.

v. 1126. εὐτυχ. felicem esse, optatum i. e. sepulturam impetrare. — V. 1128. ἐκσ. pro ἐξέσωσε. — τῷδε quantum autem in hoc Ajace erat, tantum non periissem. — V. 1129. ἀτίμα sc. sepulturam vetando. Lobeck. μή νυν, metro repugnante.

v. 1130. ψέξαιμ. Egone contemtor legum divinarum sim?

v. 1131. Repetendum ἀτιμᾷς θεούς, εἰ et cet.

v. 1132. αὑτοῦ pro ἐμαυτοῦ. Reflexiva tertiae personae interdum vim reflexivi generalis habent, quod pro secunda et prima persona ponitur. Vid. Tim. cum n. Ruhnken. p. 92. Ita in Tragic. Oedip. T. 138. — sc. θάπτειν οὐκ ἐάσω, vel ἐάσων.

v. 1133. προὔστη pro ἔστη, potestate τοῦ εἶναι, contra te stetit, fuit.

v. 1135. κλέπτης ψηφ. per periphrasin pro ψηφοκλέπτης, praestigiator, ψηφοπαίκτης, Taschenspieler. Athenae. 15. imo homo, qui praestigiatorum artem ad rem judiciariam transfert, calculos ab altera parte clanculum demens, alteri clanculum adjiciens. Musgr. Omnia referenda sunt ad judicium de Achillis clypeo.

v. 1136. τόδ' ἐσφάλη, judicum, non meum hoc erat σφάλμα. — V. 1137. κλέψ. i. e. κλεπτικὰ, λάθρα ποιήσειας, clam perfeceris. In versu anteced. alii legunt κοὐκ ἐμοί.

v. 1139. εἰς ἀνίαν. haec verba alicui (mihi) in dolorem cedunt, i. e. eo tendunt, ut aegritudine quendam afficiant.„ τινὶ indefinite cum ironia. Ita in Aristoph. Ranis 552. κακὸν ἥκει τινί. Hic rursus Triclinius particulam γε infersit post ἀνίαν, quam vocem pro anapaesto habebat. Br.

v. 1140. θαπτέον. Notum est, substantivum verbale cum casu, quem verbum regat, jungi. Ingeniosius quam verius Valcken. emendabat — σὺ δ' ἀντάκου' ἐν τοῦτό γ', ὡς τεθάψεται versum sequentem, ubi Cod. Par. 2820. habet ἀλλ' ἀντακούσῃ.

v. 1142. ἐφορμήσ. qui excitaverat. Triclinius inepte ναύταις per ellipsin praepositionis σύν. — φθέγμ. propter metum ne vocem quidem edere valuit. — κρυβεὶς (p. a. 2. verb. κρύπτω) pallio involutus. Mendose in Aldina et complur. Codd. κρυφεὶς, quod e glossa κρυφθεὶς ortum. Non formidinis tantum, sed desperationis, ἀπογνώσεως sive ἀπόγνοιας indicium, si quis pallio se involvat. — πατεῖν calcandum se dabat quibuslibet nautis. Musgr. citat Platon. Theaetet. p. 139. C. παρέξομεν, ὡς ναυτιῶντες, πατεῖν τε καὶ χρῆσαι ὅ, τι ἂν βούλωνται. Signum contemtus, Propert. II, 7, 82. ossa alicujus calcare.

Electr. 456. ἐπεμβῆναι ποδί. In sola Aldina hic legitur ναυτίλῳ, operarum forte peccatum.

v. 1147. Subaudias κατὰ ante σὲ et στόμα, quod ad te et os tuum petulans attinet. V. 1110. — μέγας, quod τῷ σμικροῦ adversari videtur, tamen recte se habet. Nam interdum e parva nube venti magnus impetus prorumpit ob vim electricam. — κατασβέσ. jam 1057. aderat.

v. 1151. ἐν καλ. ὕβρ. pro εἰς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τῶν πέλας ὄντων. Verbum etiam omissa praepositione εἰς regit accusativum, et ἐν cum εἰς permutatur. Tantum aberat, ut justa persoluturus esset viris proximis atque honestis, ut potius eos indigno modo tractare vellet. Itaque haud necessario Bothe καλοῖς mutavit in κακοῖς, *qui aliorum malis insultabat.* Attamen quum Tragicus supra v. 971. ἐν κενοῖς ὑβριζέτω dixisset, credidi ἐν καλοῖς itidem similiter cum verbo esse jungendum, ut sit cum ironia dictum pro καλῶς i. q. κακῶς, qui honesto modo i. e. male in proximos injurius esse voluit. Vel interpretaturus fui ἐν καλοῖς sc. πράγμασι, quibus τὰ αἰσχρὰ opponuntur, in rebus honestis, quae vicinis debita sunt, in justis mortuo persolvendis. Vel ἐν καλοῖς sc. ὤν, i. e. ταῖς εὐπραξίαις, ob res prosperas, εὐτυχῶν, insolens erat in vicinos. At tunc obstitit τοῖσι ante τῶν. Mutaturus fui in ὕβριζ' vel ὕβρισ' ὁτοῖσι, ut in Sophocl. Oed. T. 414. ὅτων forma Attica occurrit.

v. 1152. ἐμφερής, me referens, mihi similis. — κατ' ὀργήν, indole animi, ingenio.

v. 1154. In quibusd. ut in Aldina ὦ 'νθρωπε. En! mysteriorum egregie praecepta: ἴσθ. πημαν. infortunio te ipsum mactatum iri scito. Talia verba cum participio jungi, ubi accus. c. infinitivo exspectes, notum est. V. 1156. Suppl. διὰ ante τοιαῦτα

sc. ἔπη. His verbis miserum ad sanam mentem revocabat alter, qui aderat. — ἄνολβ. Scholiast. recte interpr. τὸν ἀπαίδευτον, qui mysteriorum sapienter praeceptis haud initiatus est. Nam sec. Eustath. p. 1364. ὄλβος ἡ εὐδαιμονία ἢ ἡ φρόνησις. Igitur quivis divitiis opibusque polleat, neque tamen sapit, is ἄθλιος, μέλεος dicitur. Sapiens enim est rex. — ἠνιξάμην. num aenigma prolocutus sum, ὅ λῦσαι καὶ δακτυλοδεικτεῖν οὐκ ἂν δύναιο; — V. 1159. αἴσχ., ἐ. πύθ. τ. turpe auditu. — ᾧ βιάζ. πάρ. qui vi coërcere possit.

Menelaus abit, quem clamore insequitur Teucer.

SCENA SEXTA.

a vers. 1161—1167.

v. 1162. φλαῦρ. ἔπη. verba inania, futilia.

v. 1163. Magnae contentionis certamen nunc imminet. Cf. Trach. v. 20. Ita animorum attentio in spectatoribus excitatur. — ταχύν. properans. Intransitive, ut in Aeschyl. Pers. 665. Euripid. Rhes. 639. — V. 1165. κάπετον, solenn. pro σκάπετον (a σκάπτω), scrobem excavatam, sepulcrum. Ita Scrobes in Sueton. Ner. 49. Martial. X, 97, 3. Tacit. Annal. I, 61. XV, 67. ἰδεῖν, providere. Cod. Paris. 2794. et Jen. et Mosq. b. κάπετον εἰσιδεῖν τινά. — βροτ. ἀειμν. perpetuo inter homines celebrem tumulum. — εὐρω. (a εὐρῶς) situ obsitum, dein, quum loca obscura situ obducta canescant, tenebricosum. Epith. exquisitissimum. Nam loca apud inferos senta situ leges in Virgil. Aen. VI, 462. Ibidem v. 298. etiam Charon terribili squalore horrendus, sordidus.

Vellej. II, 126. sepultae ac situ obsitae justitia, aequitas, industria. Poëta, ni numeri obstitissent, cecinisset τάφος εὐρώεις.

SCENA SEPTIMA.

a vers. 1167—1185.

Redeunt Tecmessa et Eurysaces prae aegritudine elingues.

v. 1175. ἱκτήρ. θησαυρ. non copiam, abundantiam ἱκετηρίων, uti Musgrav. opinabatur, sed κειμήλιον, praecipuum pietatis munus, luctus signum, κτέρισμα unaque dirarum obnuntiationem. Cf. Electra 448 seqq. Parvas quidem, sed quas habebant, inferias offerre volebant. De ramis supplicum non suppetentibus et Orestis apud Eurip. v. 383. ἀφύλλου στόματος hic non cogitandum est. Comae supplices vocantur, quod pronis genibus Eurysaces oraturus erat, ut manes mortui una cum diis inferis adessent; opem contra hostes laturi. Ad terrendos animos Graecorum, qui sepulturam vetabant, non ad commovendos eos hic ritus spectabat. Teucrum indignabundum, qui viribus suis et justis Manibus debitis fretus, vel Graecis invitis, fratrem sepulturus erat; talia haud decerent. Abscissos cincinnos Tecmessae, Teucri suosque ut manu teneret Eurysaces necesse erat, etiam quod ad tumulum patris sepulti erant afferendi. E re sacra fuit hic ritus, ut et ille, quo mortuus, crine abscisso, diis inferis tamquam victima consecrabatur. Victima enim consecratur deo, pilis in fronte evulsis et in ignem injectis. Illud erat proprie κατάρχεσθαι. Cf. Virg. Aen. II, 132.

Etiam Ajaci, ut Didoni in Virgil. Aen. IV, 695 seqq. quae misera ante diem subitoque accensa furore peribat, crinis vertice auferendus fuisset, ut luctans anima corpore solveretur, Stygio Orco devota. Quare frater et filius cum uxore loco quasi ipsius cincinnos afferunt, et pietate impulsi in consecrationis consortium veniunt; quem morem etiamnum in India vigere constat. Hunc ritum revereri debuere Graeci, ne corpus Ajacis abreptum feris objicerent. — V. 1172. προςτρόπ. tamquam supplex, qui caedem commissam aliquo piaculo luit, munera, piacula infert. Id Ajaci in optatis fuerat. supr. v. 655. Immane nefas fuisset, si quis infantem haec piacula et has inferias manu tenentem a patris corpore abstrahere voluisset.

v. 1177. ἐκπέσ. χθ. excidat patria, in exsilium projiciatur, ut insepultus in peregrino jaceat. Virg. Aen. IV, 620. Cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.

v. 1178. ἐξημημένος, i. q. ἐκτεθερισμένος, ἀφηρημένος. Pausanias VIII, 7. haec imitatus est: ἔμελλεν ὁ δαίμων καὶ τὸ γένος τὸ Κασσάνδρου κακῶς ἐξαμήσειν. Virgil. Aen. IV, 623. O Tyrii, stirpem et genus omne futurum exercete odiis.„ Superiora igitur vertas: *genere toto radicitus exscisso.*

v. 1179. Plerumque diris actio aliqua adjungebatur, cujus similitudinem rei devotae imprecabantur. Vid. Theocriti Idyll. II. Virgil. Eccl. VIII. Callimachi hymn. in Cererem. *Musgravius.* In memoriam revoces ritum, quo foedus ictum est apud Romanos. Vid. Liv. I, 24. — αὔτως non in αὕτως mutandum esse, docet Guilielm. Schneider in Quaest. Critic. de Sophocl. dialecto. p. 20.

v. 1180. ἔχ' αὐτὸν sc. θησαυρὸν, πλόκον. — κινησ. loco moveat. — προσπεσ. ἔχ. sc. πατρὸς ac-

cidens patri adhaerere. — ἔστε, *interim dum.* — μελῆϑ. sepulcrum huic providens, etiamsi id nemo patiatur. Etymologi scriptura ἔςτ' ἐγὼ μολὼν τάφον μελῆϑῶ Schaefero genuina esse videtur. μολὼν et ἐλϑὼν saepe abundant, ut ille Vir doctissimus exemplis probavit.

Teucer abit, ut locum sepulturae exquirat, uti Chorus id v. 1166 seqq. rogaverat; qui interea carmen querulum et desiderio patriae plenum canit, quale Euripides in Phoeniss. 1212 seqq. et 801 seqq.

Quum Ajacis praesidium militibus nauticis ereptum sit, bellum detestantur, reditumque in patriam sibi exoptant, inprimis quod certaminis de sepultura exitus, metus sortis futurae et servitii gravioris, omnino belli perpetui labores eos angunt. Quare ex ingenio et e rebus adversis, quibuscum Chorus luctabatur, depromtum carmen simul accommodatissimum est ad eos sensus alendos, qui in animis spectatorum movebantur. Placet praeterea naturali quadam bonitate et nitore non studiose quaesito, ut, si Euripideorum carminum cum arte comparare velis, hoc facile auferat palmam. Liceat nunc etiam numerorum praestantiam accuratius perlustrare.

Metrum Chori a vers. 1185 — 1222.

Strophes α'. a vers. 1185 — 1192.

V. 1185. ⏑⏑⏑⏑⏑⏑ | ⏑⏑⏑ — —. Antispast. dimet. ut in Aeshyl. Agam. 1151 et 1161. Dochm. hypercat. V. 1186. ⏑⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ | — —. Anacreont. hypercat. V. 1187. Glycon. polyschemat. V. 1188. Jamb. ischiorrhogicus. V. 1189. Glyconius parte demta. V. 1190. Polyschemat. Glycon. ab initio auctus, in quo rarissime dactylus cum spondeo permutatus est ⏑ — — | — — — ⏑ —.

In Antistr. 1197. ⏑ — ⏑ | — ⏑ ⏑ — ⏑ —. Cf. Philoct. 1147. V. 1191. Antispast. dimeter, prima regione usurpans anapaestum pro spondeo. — — ⏑́ ⏑́ — | ⏑ — — —. imo Glycon. catal. cui Molossus additur. Bothe versui 1185. adjecit πολυ, ut dochm. dimetri fluerent. Ita ex vers. 1186. fit Anacreont. forma Jonici a majore. Versum 1188 et 1189. in unum mutatum convertit, ita legens δορυσσοῦν ἅταν ἐπάγων, quo exstitit Glycon. polyschem. 1190. a Hermanno emendatus hic est ἀνὰ τὰν πανευρώδη Τροίαν. a Bothio ita: Ἀνὰ Τροίαν εὐρυεδῆ. Glycon. polyschem.

Antistrophe α'.

respondet. At Bothe ad versum 1192. μέγαν addit. Vers. 1194. ὦ' νὴρ legit. V. 1195. Ἕλλασιν omisit et κοινὰν ἀρὰν adjecit. V. 1197. ὦ πόνοι πόνων πρόγονοι.

Strophes β'. a vers. 1199 — 1211.

V. 1199. Choriamb. cum jambis in initio vel Glycon. polyschemat. ⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑ —. V. 1200. Choriamb. dimeter. V. 1201. Choriamb. dimeter hypercatal. Ex utrisque Bothe fecit unum Choriamb. tetrametr. hypercatal. V. 1202. Cum anacrusi Choriamb. — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ —. Apud Both. finitur ante ὄτοβον, ut sit anapaest. hypercatal. V. 1203. Choriamb. dimeter. In Both. textu propter adjunctum ὄτοβον Anapaest. dimeter exstat. V. 1204. Adonius. V. 1205. Monomet. Jambic. catal. clausulae. (In vers. 1204. Bothe legit Θύρσον ἰάκχειν.) V. 1206. Glycon. polyschem. hypercatal. ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — —. Ex hoc et 1205. hunc versum fecit ἐρώτων δ', ἐρώτων, ἀπέπαυσεν, ὤ μοι! qui esset dochmiac. hypercatal. Hermann. idem fecerat, illud δ' ante ἀπέπαυσεν reponens. Ita Bacchius Glyconeo praemittitur. Vid. Epit. doctr. metr. p. 201. §. 491. V. 1207. Ana-

creonticus forma Jonici a majore, sed acatal. — — ⏑⏑ — ⏑ — —. imo Glycon. V. 1208. Anacreont. forma Jonici a majore, sed catal. ⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —. imo Glycon. V. 1209. Choriamb. logaoed. sive in dijamb. mutatus — ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ —. Apud Both. finitur ante λυγρᾶς, ut sit Choriamb. dimet. brachycatal. ἰαμβίζων. Vers. 1210. Adonius. Apud Bothe quum a λυγρᾶς incipiat, versus est Pherecrateus.

Antistrophe β'.

Ex vers. 1212 et 1213. unum fecit Bothe, apud quem 1214. voce ἀνεῖται clauditur, ut στυγερῷ sequenti versui accedat. Ex vers. 1217. γενοίμαν sequenti versui additur. V. 1221. finitur post ὅπως, ut προσείποιμ' proximo versui adnumeretur.

Versus, qui sequuntur, sunt Jambici senarii, exceptis 1402 — 1420.; ubi anapaesticos pronuntiabis. Inter hos 1408. basis Anapaestica. 1416. apud Both. ita non bene cadit κἄπ' οὐδενί. 1417. Bothe ἀτλεῖν τόδε pro ὅτ' ἦν, τότε. Est Paroemiacus. 1420. iterum Paroemiacus.

Argumentum Chori

et quidem *Strophes* α'. a vers. 1185 — 1192. Quando diuturni belli Trojani, Achivorum dedecoris, miseriae desinent? — Antistr. α'. a vers. 1192 — 1199. Utinam prius in coelum fuisset sublatus communemve subiisset Orcum is, qui hunc totius Graecae nationis Martem accendit! Eheu! continuos ille protulit labores, hominumque perdidit genus. — Strophes β'. a vers. 1199 — 1211. Omnem vitae fructum, dierum festorum laetitias, quin etiam amorum dulcedinem abstulit mihi. Sic jaceo aerumnis obrutus humido semper sub coelo, ut Trojae memoria numquam mihi exstinguatur oblivione. — Antistr. β'. a vers. 1211 — 1222. Sed ante tamen munimento mi-

hi erat strenuus Ajax, nunc fato pessum datus. Igitur posthac quaenam mihi erit voluptas? Utinam redux sim patriae redditus!

v. 1184. νέατος sc. ἀριθμὸς ἐτέων pro νέατον ἔτος et hoc pro νεατὴ ἡμέρα sc. πολέμου ἔσται. Una enim decuria (δεκάς) inde ab initio belli fere peracta erat. — πολυπλ. (πλάζομαι) i. e. πολὺ κυκλωσαμένων, ἐτέων ἐνιαύσιον κύκλον πολλάκις βαδισάντων, vel per metonymiam transitive τῶν πανταχοῦ ἡμᾶς πλασάντων, ἐν οἷς πολὺ ἐπλάγχθημεν. Ita est epitheton ventorum apud Homer. Il. XI, 308.

v. 1187. ἄταν ἄπαυστον (παύω), hucusque haud sedandam calamitatem, perpetuam. αἰὲν pro δεῦρ' ἀεὶ, hucusque. V. Eurip. Phoen. 1225. Aeschyl. Eumenid. 599. — δορυσσ. (δόρυ) μόχθ. i. e. δορὶ παλλομένων, hastam vibrantium i. e. bellicorum laborum pro δορὸς, πολέμου.

v. 1190. ἀνὰ, ad. — εὐρώδη. gl. κατὰ τὴν σεσηπημένην, ἔνθα ἐχρονίσαμεν. λέγεται δὲ ἀντὶ τοῦ σήπουσαν. Alia Schol. σκοτεινὴν καὶ ἀερώδη τοῖς Ἕλλησιν ἢ σεσηπυῖαν, ἔνθα ἐχρονίσαμεν. Scholia minora τὴν σήπουσαν ἡμᾶς Τροίαν. Vox εὐρώδης, quae id. q. εὐρώεις significat, sine exemplo neque ex analogiae regulis formata in Nostro legitur, nec nobis Trojam ita veteres depingunt. Interpretari tamen possis εὐρ. squalidam, quod bellum tam diu duraverat, nec multum praedae inde sperandum erat; vel non amplius *aspectu jucundam*, lamentabilem, quod propter Ajacem amissum, ob ejus τάφον εὐρώεντα v. 1167., ob stragem tam multorum Hellenum omnis illa regio tristis et inamabilis squalebat. Virgil. Aen. I, 97. Homer. Il. XXI, 279. Odyss. III, 108 seqq. Cf. Ajac. vers. 596 et 420. At Cod. Paris. 2794. ita legit ἀνὰ τὴν εὐρώδη Τροίαν,

ut infra scriptum sit ἠνεμόεσσαν. Hinc apparet, aliam vocem hîc restitui debere, nempe εὐάνεμον e vers. 198., *ventosam*, *altam*. Virg. Aen. II, 56. Trojaque nunc stares, Priamique *arx alta* maneres. Ita in Trach. 327. Εὐρύτου πόλις dicitur πάτρα διήνεμος, et 354. ὑψίπυργος Οἰχαλία. Tum versus antistrophicus bene respondet. Olim cogitaveram εὐρύπυλον vel εὐρυπυλῆ, vel ὑψίπυλον, ὑψιφαῆ, vel ὑλώδη, vel εὐρύχορον. Brunck. suaserat εὐρυοδῆ, latis viis stratam, amplam. Musgrav. εὐρυοδῆ, si de terminatione constaret, non improbaturus erat, quum Homerus habeat εὐρυοδείης. Iliad. XVI, 635. Lobeckius conjecit τάνδ᾽ ἂν εὐρυεδῆ Τροίαν. Hermannus, qui metra aliter distinxit, ἀνὰ τὰν levi mutatione in ἀν᾽ αἶαν mutaturus fuit. Vid. ej. Epit. doctr. metr. p. 197. §. 479. — ὄνειδος, dedecus.

v. 1192. δῦναι. Insigne exemplum verbi substantivis duobus, sed alteri minus proprie connexi. Assumendum est ἀφανισθῆναι, utinam evanuisset in coelum profundum, ut Ganymedes, quem praepes ab Ida sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis (Virg. Aen. IV, 255. Horat. Od. III, 20, 16. Homer. Il. V, 266. XX, 233.) vel ut Tithonus, qui in auras evanuit. Horat. Od. I, 28, 8. II, 16, 30., tamquam ἀφανὲς αἰθέρος εἴδωλον. — μέγ. αἰθ. pro αἰθέρος βάθος. Eurip. Med. 1308. αἰθέρος εἰς ἄβατον φῶς. Eurip. Phoen. 826.

v. 1193. πολύκοιν. *multis*, non omnibus, communem. Virg. Aen. VI, 128. Sed revocare gradum et cet. Antig. 810. παγκοίτας Ἀΐδας, ita et 821.

v. 1194. κεῖνος ἀνὴρ, Paris, vel quisquis auctor fuerit. — ἔδειξεν, προσῆγε. — κοιν. ἄρη. Graecis omnibus commune bellum. Bothe opinatur, quod falsum est, Chori querelam ad eum spectare, qui primus horrendus protulerit enses. At citavit Tibul-

li egregium locum. Idem, quod hic auctori belli Trojani Chorus imprecatur, sibi optat Helena apud Homer. Il. III, 172. ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακός et cet.

v. 1197. ἰὼ πόνοι. gl. διὰ μέσου τοῦτο. πρόγονοι, proavi, auctores, origines. Ex laboribus enim novi labores exoriebantur.

v. 1198. ἀνθρ. quatenus τῇ ἀνθρωπότητι, humanitati, generi humano, μεγαλὰ ἐμήσατο κακά. Quam multorum motuum etiam iu Graecia origo extitit illud bellum!

v. 1201. τέρψ. ὁμιλεῖν. gl. ὥστε διατρίβειν, (exercere, frui) quod proprie regit dativum, ut supra docuimus. Eadem structurae ratione eodemque sensu adest ac paulo infra ἰαύειν, quod etiam διατρίβειν significat. Br. τέρψ. παλαιῶν ἡδονῶν χαρμονάν. Graeci enim maximum vitae fructum posuere in diebus festis, ubi bibentes et se et vina coronabant. Homer. Il. I, 471. Odyss. I, 149. Virgil. Aen. I, 724. III, 525. Ejusmodi gaudia Mars Choro eripuerat: Οὐ γὰρ ἐπὶ καλλιχόροις στεφάνοισι νεάνιδος ὥραις βόστρυχον ἀμπετάσας λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπεται Μοῦσαν, ἐν ᾇ χάριτες χαροποιοὶ — ἀλλὰ κῶμον ἀναυλότατον προχορεύει. Eurip. Phoen. 807.

v. 1202. ὄτοβον, ἀλλ' ἐκμελῆ καὶ ἄμουσον σάλπιγγος ὄτοβον, σάλπισμα. σάλπιγξ γάρ ἐστιν ὁ αὐλὸς τοῦ πολέμου.

v. 1207. ἀμέρ. i. e. πολυμέριμνος, aerumnosissimus. Cf. Trach. 106. Imo ἄνευ μεριμνήματος, haud curatus. Nec cibo nec vino nec somno corpus satis curare possumus. Liv. XXVIII, 14. curati

pransique. Lobeckius cum Brunck. interpretatur *neglectus*.

v. 1209. Similis querela apud Aeschyl. in Agamem. 525 seqq. τεγγόμ. i. q. βρεχόμενος. Musgrav. etiam laudat Valer. Flacc. I, 552. Ad Trojam flentes hyberna Mycenas, — Vulg. λυγρὰς ad κόμας relatum per hypallagen, ut in Antigone 974. sed ineptum.

v. 1210. Gl. ἀντὶ τοῦ εἰς μνημόσυνον τῆς Τροίας, ἤγουν ἵνα μνήμην ἔχω τῆς Τροίας. — Versu sequent. in Cod. Paris. 1294. οὖν abest.

v. 1212. προβολὰ, proprie clypeus objectus, dein, ut h. l. munimentum. Ita in Cicer. ad Attic. XIII, 21. Xenoph. Memor. III, 5, 27. Claudian. d. IV. Cons. Honor. 493. In memoriam revoces, quae de Ajace narraverit Homer. Il. XIII, 673—827.

v. 1214. ἀνεῖτο, permissus, devotus, sacrificatus est. Ita Μενοικεὺς in Eurip. Phoen. 964. dicitur τῇδ' ἀνειμένος πόλει i. e. σφαγισθεὶς καὶ ἱερωθεὶς τῇ πόλει. Hermann. simplicius intelligenda putat: *nunc ille tristi fato peremtus est*. Ἀνεῖται proprie *solutus est*, ut in Oreste 939. ὁ νόμος ἀνεῖται. Codic. Lips. scriptura ἔγκειται Schaefero mutanda videtur in ἄγκειται.

v. 1218. ἔπεστι. imminet ponto. — πρόβλημα, promontorium, ut πρῶνες ἄκραι in Trach. 788. ἄκρον ibid. 752. ἀκρωτήριον. — πλάκ. sub aequore Sunii alto. Sunium et urbs et promontorium in Attica [Mela II, 2 et 3. Plin. h. n. IV, 7.] haud procul a Salamina.

v. 1222. Mendose vulgo προσείποιμεν, quod correxit Johnsonus, nuper tamen Benedictus defen-

